



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.l.], 1579**

**VD16 V 541**

Liber Tertivs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

538 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
ius Diocesani, si de re litigiosa, si de sententia  
interpositam appellationem, suspensa, &c. c.  
2. c. 3. c. ad nostram, c. examinata, & c. fin. extra

FINIS LIBRI SECUNDI.

## LIBER TERTIVS

**L**iber Tertius circa declarationem obiecti  
Iuris Pontificij; quod est res ecclesiastica  
tissimum versatur: licet formalia & adiectiva  
Ordinis clericalis interserantur.

DE VITA ET HONESTATE  
Clericorum.

Titulus I.

*Quid est Honestas vita?*

**H**onestas vitæ est, agendi dexteritate  
minis animus ita informatur, ut de  
do vitia, ea, quæ cum virtutibus con  
unt, amplectatur.

*Quotuplex Honestas vitæ?*

Duplex, exterior & interior. Honesta  
rior exterioribus actibus cum virtute con  
entibus ordinatur. Interior verò cordis  
ritate, patientia, humilitate, alijsq; virtutibus  
Theologicis, & intellectualibus, continetur.

*Quæ causa Efficiens?*

Potentia appetitiua, & voluntas hominis



nimum, actionesq; suas virtuti, religioni, omni-  
que ciuitati conformare volentis.

*Quæ causa Procatarctica?*

Præceptum Diuinum, quod, à vitio abstinendum, & actiones secundum honestatis rationem dirigendas, iubet.

*Quæ causa Impulsiva?*

Virtutis amor, virtutumq; igniculi, euniarum & semina animis hominum insita: quæ, quid faciendum, dicunt, & impellunt.

*Quod Obiectum?*

Actio tam corporis, quam animi: quæ vel virtutibus, vel politicis institutis, bonisq; moribus congruit.

*Quæ Forma?*

Est vitæ benè institutæ, morumq; rectè informandorum ratio. Quæ licet, quo ad constituendum & conseruandum reipublicæ statum, nullamq; Politiam omnibus cõmunis tradatur; vt quiuis, omni genere virtutum se exerceat, formetq; in hac vita ita politicos mores, ne publicam, vel ne quidem priuati alicuius reprehensionem incurrant: Sunt tamen de negotijs, officijs, moribus, vita, habitu, & vestitu, clericorum, Canonibus certæ regulæ traditæ.

*Quæ sunt Regule concernentes negocia & officia Clericorum?*

Primò. Clerici, officia vel cõmercia secularia, non exercent, præsertim inhonesta, nimis  
iocu-



ioculatoribus & histrionibus non intendant  
clerici, extr. eod.

2. Clericus nec dictare vel proferre sententiam sanguinis debet, nec quicquã aliud exercere, quod ad vindictam sanguinis tendatur, c. sententiam, extr. ne cler. vel monach. i. Quod si monachus non desistat, ab officio & beneficio deponitur, c. clericis, extr. ne cler. vel monachi, &c.

3. Nullus clericorum Cheirurgicam artẽ, quae industionem vel incisionem inducit, exerceat, c. sententiam, extr. ne cler. vel monachi, &c.

4. Clerici in sacris constituti per subtractionem beneficiorum compellendi sunt, ut delibent à tabellionatus exercitio, c. sicut, extr. clericis vel monachi, &c.

5. Sub interminatiõne anathematis prohibiti sunt clerici vel monachi, lucri causa negotiati, c. secundum, extr. ne cler. vel monachi, &c.

6. Clerici non debent esse ministri, vel procuratores laicorum, quod si contrã fecerint, deprehendantur in fraude, non subuenitur eis ab Ecclesia, c. sacerdotibus, &c. c. 1. extr. ne cler. vel monachi, Clem. 1. eod.

7. Episcopo, presbytero, aut diacono, canes accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere, non liceat. Quod si quis talium performant in hac voluptate sæpius detentus fuerit: si Episcopus, tribus mensibus à communione: si presbyter, duobus: si diaconus, ab omni officio suspendatur, c. 1. extra de clerico venatore. Omnibus enim seruis dei venationes, & sylvarum irrogationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdicta sunt, c. omnibus, extr. de cler. venat.



8. Ne quis in sacris Ordinibus constitutus in Gymnasijs generalibꝫ, vel alijs publicè audiendæ philosophiæ, aut poësis, vltra quinquenniũ, post Grammaticam & Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij, incumbat. Verum, exacto quinquennio, si illis studijs operam impendere voluerit, liberum ei sit, dum tamen simul aut seorsim Theologiæ, aut Canonibus studeat. Ratio Regulæ est. Ne clerici humanarum literarum illecebris capti, Theologiæ studia omittant, c. fin. extr. ne clerici vel monachi, &c.

9. Clerici exercentes officia vel negotia clericorum professioni non conuenientia, si tertio moniti non abstinerint, priuilegijs omnibus priuantur, quæ clericorum bonis à iure concessa sunt: & quandoque etiam seueriùs puniuntur, si eorũ cõtumacia & mores hoc mereri videatur, c. fin. extr. eod. & Clem. 1. eodem.

*Quæ Regulæ traduntur de vita & moribus benè formandis Clericorum?*

Clerici extra matrimonium castitatem seruent: tamen, si in ordinatione sua castitatis votum quis obtulerit, & postea matrimonium cõtraxerit, tanta est vis in sacramento coniugij, quòd nec ex violatiõne voti ipsũ dissolui possit, c. diaconus, §. hac auctoritate, 27. dist. licet extra vorum clericus, iuxta morem patriæ suæ, vt sũt Orientales, contrahere possit, c. vt clericorum, extr. eod. Quòd si autem clericus incontinentiæ vitio, profuturo pudore, laborare deprehendatur, se



tur, secundum Canonicas sanctiones, & is qui  
 trimonio uti potest, grauius puniendus est  
 ut clericorum, extr. eod.

Secunda. Clerici omnem vitæ temperatam  
 dum in cibo potuq; feruent, nec sint ebrietas  
 diti, dist. 35. per tot. Est enim ebrietas fomes  
 nium vitiorum, Host. §. qualiter, hoc tit. Qui  
 clericus ebri abstinere debet per 30. dies a  
 niōe hominū, vel subijcitur corporali pena  
 te omnia, dist. 35. Et si cōmonitus hanc san-  
 nem non præstet, suspenditur ab officio & de  
 ficio, c. sanè, 15. q. 1. Modus autem in cibo  
 tur, si pro sustentatione corporis necessarius  
 bus, et si delicatior sit, ingeratur. Non enim  
 vsus, sed appetitus noxius, & gulosus re-  
 tur, c. quisquis, §. nam in huiusmodi, dist. 4.

Tertia. Clericus alium ad bibendū in  
 ipse ab alio ad bibendum incitari, nō de-  
 si commonitus non abstinuerit, ab officio  
 neficio suspenditur: sub huius enim cen-  
 na Innocentius III. ab usum, quo à quibus  
 tibus ad potus æquales suo modo se ob-  
 tatores, & ille iudicio talium plus laudat  
 plures inebriat, & calices fecundiores  
 è medio sustulit, c. à crapula, extr. eod.

Quarta. Clerici bibendi vel edendi cau-  
 nas ne ingrediantur, nisi peregrinationis  
 compulsi, c. clerici, ext. eod. c. clerici, dist. 4.

Quinta. Clerici ad aleas & taxillos nō  
 nec huiusmodi ludis interfint, d. c. clerici, dist. 4.

Sexta. Clerici non sint cōtentiōibus, hinc  
 turbis excitandis dediti, non auari, vsurari  
 aljs criminibus corrupti, sed omnibus vitis



præditi, dist. 45. dist. 46. dist. 47. &, dist. 9. per totum.

*Quæ Regula de habitu corporis & vestitu?*

Prima Regula. Episcopus vilem suppellectilē & mensam ac victum pauperem habeat: & dignitatis suę authoritatem fidei & vitæ meritis quærat, c. Episcopus, dist. 41.

Secunda. Clericus professionem suam & habitum & incessum probet, & idē nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat: in incessu autem debet esse ornatus, vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat, c. clericus, dist. 41.

Tertia. Clerici qui comam nutriunt & barbā, etiam inuiti a suis Archidiaconis tondeantur, alias comam relaxare sub pæna anathematis prohibentur, c. clericis, &, c. si quis, extr. eod.

Quarta. Clerici pallijs diffibulatis in publico non vtantur: sed vel in collum, vel ante pectus hinc inde connexis, nec alijs indumentis nimia breuitate, vel longitudine notandis, c. clericis, extr. eod.

Quinta. Cappas manicatas ad Diuinum officium intra Ecclesiam non gerant: sed nec alibi qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti, nisi iustacusa timoris exegerit, habitum transformari, d. c. clericis.

Sexta. Pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus, cōsutitijs, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem habentibus non vtantur, d. c. clericis, §. pannis, extr. eod.

Septima.



Septima, clericus vestibus corporisq; orna-  
 bus abutens, si beneficium habet, eius fructibus  
 semestri spacio priuatur, si verò non habet, se-  
 mensibus ad Ecclesiasticum beneficium aspira-  
 vetatur: si autem sit in dignitate constitutus, et  
 personatum, vel beneficium curatum habeat,  
 citra iustā causam interdictis vestibus vti so-  
 rit, anni vnus fructuū iactura sui beneficij in-  
 statur, Clem. fin. eqd. tit.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Quos diuinus timor à malo non reuocat, temporali  
 poena à peccato cohibere debet, c. vt clericorum, extr.  
 eodem.*

*Humanum est, in corde tentationem perpeti, sed  
 demoniacum est, tentationis certamine superari, c. hoc  
 etenim, dist. 49.*

*Radix omniū malorū est cupiditas, d. c. hoc enim.*

*Auari est, hominum bona inuadere, quorum neces-  
 sitatibus subuenire potest, c. sicut, dist. 47.*

*Clericum scurrilem & verbis turpibus ioculandi  
 officio retrahendum esse, dubium non est, c. clericus,  
 dist. 46.*

*Nihil est impudentius arrogantiā rusticorum, et  
 garrulitatem auctoritatem putant, c. sequitur, dist. 45.*

*Cui minus prohibetur, multò magis id quod minus  
 est, interdicitur, c. nulli, dist. 44.*

*Sapè se vitia ingerunt, & se virtutes esse mētuntur  
 vt tenacia, parsimonia: effusio, largitas: credulitas.*



zelus inſitiæ, remiſſio & apparens pietas, c. ſape ſe  
vitiâ diſt. 41.

Meritis fidei & vitæ, non diuitijs Episcopalis autho-  
ritas queritur, c. Episcopus, diſt. 41.

Quod locis & temporibus & personis conueniat,  
attendendum eſt, ne temerè flagitia reprehendantur, c.  
quiſquis, diſt. 41.

Delicia qualibet, ſi abſque deſiderio percipiuntur, nõ  
officiunt. Non enim vſus rerum, ſed vtentis libido in  
culpa eſt, c. delicia, & c. quiſquis, diſt. 41.

Non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſan-  
ctorum, ſed qui exercent opera eorum, c. non eſt,  
diſt. 40.

Non generis dignitas, ſed morum nobilitas, nec urbium  
claritas, ſed fidei puritas aliquem commēdat, c. nos qui,  
diſt. 40.

Studijs literarum & liberalium artium maximè  
diuina manifeſtantur & declarantur mandata, c. de  
quibusdam, diſt. 37.

Luxurioſa res eſt vinum & contumelioſa ebrietas.  
omnis qui cum his miſcetur, non erit ſapiens, c. luxurio-  
ſa, diſt. 35.

Leſa pietas eſt, dum irridetur ebrietas. vbi enim e-  
brietas, ibi libido dominatur & furor, c. venter, & c. ſe-  
xtio, diſt. 35.

Non omnis qui ignorat, immunis eſt à pœna, ille e-  
nim ignorās poteſt excuſari à pœna, q̄ à quo diſceret nõ  
inuenit, illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habent  
terti à quo diſcerent, operam non dederunt, c. ſin, diſt. 37.



546 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
DE COHABITATIONE CL  
ricorum & mulierum.

*Titulus II.*

Continuatio.

**C**Um castitate non parum vitæ honestas commendetur, certis iuribus prouisum est, ea euitentur, quæ impudicitia & incontinentiæ fomitem præstare possent. Non absertur clericis cohabitatio mulierum, quibus ad profituendam pudicitiam, seduci, & ad incontinentiam incitari possent, interdicitur.

*Quid est Cohabitatio?*

Cohabitatio est, personarum in vna domo, sub eodem tecto commorantium, conuersatio. Nam qui in vno vico, vel villa, disiectis domibus, commorantur, cohabitare non dicuntur, sed si, extr. eod. tit.

*Quotuplex Cohabitatio?*

Alia est cohabitatio mulierum: in quibus naturale foedus, nihil permittit sæui criminis suspicari: vt sunt, mater, amita, soror, neptis, &c. à nobis, extr. eod. & c. interdixit, distincte illa cohabitatio clericis non interdicitur, quæ ex talium conuersatione contra eos incontinentiæ suspicionem oriri, naturalis ratio non permittit. Neque obstat, c. 1. extr. eod. Vbi dicitur, neque illas, quas Canones concedunt, cum retineat, matrem, scilicet, amitam & sororem, quia instigante diabolo, & in illis sceleribus



perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earundem. Nam ibi textus loquitur de coniunctis mulieribus, quæ secū pedissequas & ancillas ducunt. Quarum amica conuersatione clericus allectus, posthabita voti præstiti religione, turpitudinem fornicationis exercere possit: quia, vt August. ait, non omnes quæ cum sorore mea sunt, meæ sorores sunt. Ideo in Concilio Moguntinens. decretum est, vt si presbyter his personis coniunctis, quæ absque pedissequis non sunt, indigeat, habeat in vico aut in villa domum longè à sua conuersatione, & ibi eis constitutis quæ necessaria fuerint subministret, d. c. 1. §. sed si quæ, extr. eod. Alia cohabitatio est mulierum, quæ non leuem incontinentiæ suspicionem præbere possunt, & illa clericis, ob voti religionem, & conuersationis puritatem conseruandam, interdicitur, toto tit. ex. eod.

*Quæ pœna Cohabitantium?*

Circa pœnam imponendam distinguendū est. Nam aut clericus in sacris constitutus, concubina occultam habet, aut palam. Si occultè, cōcubina in pœnitentiali foro punitur, sed non in iudiciali; quia occulta delicta vindictam publicam non habent; ergo tantūm ei iniungitur pœnitentia, c. quæ Christo, 26. q. 1. & c. Christiana, 32. q. 1. clerico autem indicitur Canonica purgatio, quā si præstare noluerit, vel in ea præstada defecerit, canonicè punitur. Quod verum est, si de eo sit suspicio, & ex ea scandalū generetur in populo, licet cōtra ipsū nullus existat accusator, c. tua nos, extr. eod. Aliàs .n. dicitur, quòd occultum crimē

M m 2

ab Ec-



ab Ecclesia tolleretur, & occultus fornicarius  
 uina ministeria administrare possit, c. vestra,  
 extr. eod. Quia sacra, vitijs & delictis admittit  
 tis, non possunt coinquinari & pollui: cum om-  
 nia in Christi fide purgentur, d. c. vestra, extr.  
 eod. Si autem clericus palàm habeat concubinam  
 & eius fornicatio sit publica, concubina excom-  
 municatur, neque absoluitur, nisi præmissis  
 satisfactione, & iusta pœnitentia peracta, c. si con-  
 cubinæ, extr. de sent. excom. &, c. ex parte, extr.  
 de verb. sig. Clericus autem, si fornicariam, seu  
 concubinam ad secundam vel tertiam monitionem  
 à se non remouerit, à beneficio suspenditur,  
 & correctione non secuta deponitur, c. si quis,  
 &, c. si autem, extr. eod. Quòd si verò secum palàm  
 non habeat, sed crimine fornicationis suspectus  
 post primam, secundam, & tertiam admonitionem,  
 cum suspecta muliere comperiatur debarbari  
 vel conuersari, clericus excommunicationis  
 censura punitur, & fœmina canonicè iudicatur,  
 c. si quisquam, extr. eod. Quòd si clericus in  
 Diaconatu vel inferioribus Ordinibus constitutus,  
 matrimonium cum honesta persona contracte-  
 rit, siue castitatis votum præstiterit, siue non,  
 tamen si à sacris ministerijs cessare vult, potest  
 rit, eo licitè vti potest. Nam etsi in ordinem  
 sua castitatis votum obtulerit, tamen tamen  
 est in sacramento conjugij, quòd nec ex violen-  
 tia voti possit matrimonium contractum dissolui,  
 c. diaconus, distinct. 27.



## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

Nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitãter habere, aut superinductam mulierem, c. nullus, dist. 33. & c. præter, eod.

Non habitent cum clericis mulieres, nisi qua naturali fœdere omnem suspicionem excludunt, c. interdixit, dist. 32. & c. à nobis, extr. eod.

In ambiguis rebus absolutum non debet esse iudiciũ, c. habuisse, distinct. 23.

Is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communionem non repellitur: tamen vt vnus vxoris aut concubinae sit coniunctione contentus, c. is qui non habet, dist. 34.

Concubina dicitur, qua coniuventibus legibus extra matrimonium retinetur, quasi simul cubat, hic autem intelligitur, qua cessantibus legalibus instrumentis cõiugali affectu adsciscitur, c. omnibus, dist. 34.

Fornicaria dicitur, quasi carens forma, meretrix, qua multorum libidini patet, vnde versus: Nec meretrix munda, nec cornix alba fit vna. Hostiens. §. q̄ penam. hoc tit. & c. vidua, distinct. 34.

Vidua est, cuius maritus mortuus est. Eiecta est, qua à marito viuente eijcitur, d. c. vidua, distinct. 34.

Presbyter vxorem suam, quasi sororem diligere, & quasi hostem fugere debet, c. presbyter, distinct. 32.

Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probata castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit, c. nemo, distinct. 32.



550 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
DE CLERICIS CON-  
iugatis.

*Titulus III.*

Continuatio.

**N**Vllus, inquit Gregorius, ad altaris minist-  
rium accedere debet, nisi cuius castitas, a-  
te susceptum ministerium fuerit appro-  
ta, c. ante triennium, dist. 31. Intantum, vt ne post  
ordinationem ad matrimonium, alioquin sac-  
ctum & à Deo institutum, aspirare præsumat. Om-  
nium enim sacerdotum tam excellens est ob-  
ctio, vt quæ in alijs membris Ecclesiæ vacare vi-  
tio creduntur, in illis tamen, ob requisitam per-  
fectæ continentiæ puritatem, habeantur illuc,  
c. omnium, dist. 32.

*Qui Clerici matrimonium contrahere possunt,  
& qui non?*

Primò, Episcopis, presbyteris, diaconis, de  
subdiaconis, matrimonia sunt interdicta, qui  
de facto contraxerint, vxores dimittere, & de  
commisso pœnitentiam agere, per suspensionem  
& excommunicationis sententiam, compelluntur,  
c. 1. extr. eod. & c. presbyteris, 28. dist.

Quibus non parùm obstare videntur c. dia-  
conus, dist. 27. & c. si se cuiquam, & c. presbyteris,  
dist. 28. & c. de Syracusanæ, §. patet: Vbi dicitur  
patet, quòd nec diaconi, nec subdiaconi, sint pro-  
hibendi à coniugio, dist. 28. Nec video, quomò-  
dò hi & alij in hac materia dissidentes Canonici



conciliari possint: Nisi dicamus, diaconum & subdiaconum, ex dispensatione, & singulari permissione, si, se non continere posse, in ordinatione confiteantur, ducere vxores posse, iuxta c. diaconus quicumque, dist. 28. & c. de Syracusana, §. diaconi, eadem dist. Item, & illi, qui à sacris ministerijs vltro cessare voluerint: fortius enim est coniugij vinculum, quàm quòd ex violatione voti dirumpi possit, secundum c. Diaconus, qui eligitur, dist. 27. & c. presbyter, dist. 28. Quòd si autem à ministerijs sacris abstinere nolint, sub pœna censuræ Ecclesiasticæ, dimittere vxores coguntur, c. 1. si quis, extr. eod. & c. presbyteris, dist. 27. Alij autem clerici intra subdiaconatum in ordinibus constituti, liberè contrahere possunt, c. placuit, c. si quis, c. lectores, c. eos qui, dist. 32. & d. c. 1. extr. eod.

*Quæ causa prohibitionis coniugij inter Clericos?*

Causam prohibitionis munditiam sacerdotalem fuisse, testatur Gregorius, c. ante triennium, §. causa verò, distinct. 31. vt liberè cunctis diebus vitæ suæ orationi possint vacare. Si enim (vt ait Paulus) ab vxoribus est cessandum, vt expeditis orationi incumbamus, ministris vtique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, nunquam coniugali officio, quò à diuino ministerio abstrahi possint, vacare permittitur.

*Mm 4*

*Quæ.*



*Quæ pœna infligitur Clericis absq̃ dispensatione nuptias contrahentibus?*

Si clericus in subdiaconatu, vel maioribus ordinibus constitutus, vxorem dimittere, & iustâ pœnitentiam agere nolit, suspenditur, deponitur, & excommunicatur, c. 1. extr. eod. & c. prebyter si vxorem, dist. 28. Si autem infra subdiaconatum fit in minoribus ordinibus, priuatur beneficio, & vxorem retinere compellitur, d. c. 1. & c. placuit, dist. 32. Pari ratione vxorati, sicut ad beneficia vel dignitates non admittuntur, ita ex ignorantia status promoti rursus deponuntur, c. cum decorem, extr. eod. si tamen vxor decessit, quam virginem duxit, viduus petens ad ordines, repelli non debet, c. curandum, dist. 34. Aduerte tamen, quòd Episcopus, circa personas contrahere prohibitas, dispensare, vel tanq̃ vel expressè possit, c. diuersis, extra eod.

AXIOMATA, SENTENTIAE, ET  
*varij Canones, De permissione, et prohibitione Coniugij clericalis, statuentes.*

Diaconi quicumque, quum ordinarentur, si in ordinatione protestati sunt, dicentes, se velle habere vxores, nec posse se continere, hi, si postea ad nuptias peruenerint, maneat in ministerio: propterea quòd hi Episcopus licetiam dederit. Quicumq̃ sane tacuerint et susceperint manus impositionem, professi continentiam, si postea



si postea ad nuptias peruenerint, à ministerio cessare debebunt, c. diaconi, distinct. 28.

Diaconus, qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit, se in castitate non posse manere, hic non ordinatur: quòd si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit: sit alienus à ministerio, & vacet à Clero. Si uero diaconus à ministerio cessare uoluerit, contracto matrimonio licetè potest uti. Nam etsi in Ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est uis in Sacramento coniugij, quòd nec ex violatione voti potest dissolui ipsam coniugium, c. diaconus, §. hac auctoritate, distinct. 27.

Quidam, nubentes post votum, asserunt adulteros esse: ego autem dico uobis, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt, c. quidam, dist. 27.

Si uir votum uirginitatis habens, adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis poeniteat, c. si uir, dist. 27.

Vouentibus uirginitatem, non solum nubere, sed etiã uelle, damnabile est, c. uouentibus, dist. 27.

Si nupsit uirgo non peccat, non illa uirgo, quae semet cultui diuino dedicauit. Harum enim si qua nupsit, habebit damnationem: quia primam fidem irruam fecit, c. si nupsit, dist. 27.

Presbyteris, diaconis, subdiaconis & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdiciamus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad poenitentiam redigi debere, iuxta sacrorum Canonum definitionem, iudicamus,

M m s mus,



anus, c. presbyteris, distinct. 27.

Nullum facere subdiaconum praesumant Episcopi nisi, qui se caste victurum promiserit: quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas susceptum ministerium fuerit approbata, c. nullum, distinct. 28.

Decernimus, ut hic, qui in Ordine subdiaconatus supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque Ecclesiastico beneficio careant. Cum enim templum & vasa Domini, & sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dicitur, indignum est eos cultum & immunditijs deseruire, c. decernimus, dist. 28.

Diaconi, qui in Ordinatione sua dicunt, se vellebere uxores, si postea ad nuptias venerint, non habentur à ministerio, c. de Syracusana, §. diaconi, dist. 28.

Presbyter, si uxorem duxerit, ab Ordine illius debere: quod si fornicatus fuerit, vel adulterium miserit, extra Ecclesiam abijci, & ad poenitentiam laicos redigi oportet, c. presbyter, dist. 28.

Assumi aliquem ad sacerdotium in coniugio constitutum non oportet: nisi fuerit promissa castitas, c. assumi, dist. 28.

Sacerdotibus, ut semper valeant altari adfuerint, per ab vxoribus est abstinendum, c. sacerdotibus, dist. 31.

Eos ad sacrificia, fas est, admitti, qui vel comestione non exercent carnale officium, c. eos ad altaria, dist. 31.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, qui



ducendi vxores licentia modò non est, etiam aliarum nis-  
ptiarum, vitare debent conuiuia: nec his coetibus misce-  
antur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obsceni-  
mus corporum choreis & saltationibus efferuntur: ne  
auditus obtuitus sacris ministerijs deputati: turpium spe-  
taculorum atque verborum contagione polluantur, c.  
presbyter, dist. 35.

Non in perpetuum, sed tempore oblationis à com-  
plexu suarum vxorum sacerdotes abstineant, c. quoniã,  
dist. 31.

Presbyter vxorem suam, quasi sororem diligat, &  
quasi hostem fugiat, c. presbyter, dist. 32.

Si quis discernit presbyterum coniugatum, tanquam  
occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius  
oblatione idèd abstineat: anathema sit, c. si quis, distin.  
21.

Presbyterum non legalibus nuptijs detentum, Cathe-  
drã quidem habere, sed ab officio abstinere precipimus,  
c. presbyterum, 28. dist.

Eos qui post prohibitionem factam à suis se vxoribus  
continere noluerint, ad sacrum Ordinem nolumus promo-  
ueri: Quia nullus debet ad altaris ministerium accede-  
re, nisi, cuius castitas ante susceptum ministerium fue-  
rit approbata, c. ante triennium, distinct. 31. Causa  
huius institutionis fuit munditia sacerdotalis: vt libe-  
rè cunctis diebus vitæ suæ Orationi vacare possint. Si e-  
nim (vt ait Paulus Apostolus) ab vxoribus est cessan-  
dum, vt expeditius Orationi vacemus, ministris vtique  
altarũ, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit,  
nunquam



556 ANALYS. IURIS PONTIFICII  
nunquam coniugali vacare officio, permittitur, d. c. de  
triennium, dist. 31.

Nicana Synodus vsam coniugij in vnus cuiusq; voluntate, non necessitate, permisit: ob hanc rationem, quod si licet cum propria vxore concubitus, sit castitas, c. Nicana, dist. 31.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam mulierem, detestatur, aut culpabilem existimat, anathema sit, c. si quis, dist. 31.

Post Baptismum debet esse monogamus. i. vnus vxoris vir, qui in Episcopum est ordinandus, c. vnus vxoris, dist. 26.

Vnius vxoris vir Episcopus, significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Christo subditam, c. acutus, distinct. 26.

Sicut duobus dominis seruire, sic ab vno domino apparere, atq; in alterius superstitionem ire, non licet, d. c. acutus, in fine dist. 26.

In Baptismate culpa dimittitur, non lex coniugalis oletur, c. deinde, dist. 26.

Quos Deus coniunxit, homo non separet, d. c. deinde, dist. 25. Et eius interpretatio, ibid.

Nuptiarum copula, quia Dei mandato perfectior, potest dici peccatum: & quod peccatum non est, saltem ter peccata credi non debet: erit q; integrum & saltem existimare, aboleri non posse nomen prioris vxoris, cum non sit dimissum pro peccato, quod ex Dei sit voluntate completum, c. deinde, in fine dist. 26.

Qui, de mortua vxore, denuò contrahit matrimonium, non peccat, c. qui sine, dist. 26.



Bigami dicuntur, non solum, qui post Baptisma coniugia frequentant, sed etiam qui ante Baptismum unā, & post Baptismum alteram coniugem habuisse, probantur. Et is in sacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit secundam accipiendo uxorem, sed quia prerogativa exutus est sacerdotis, c. vna tantum, §. unde datur, dist. 26.

Virgines, quae post consecrationem nupserint, non tam adulterae sunt, quam incestae, c. virgines, dist. 27.

Si se cuiquam mulier presbyteri vel diaconi, relicta duplici coniugio coniunxerit, aut castitate fruatur, aut separatur: aut certe, si in criminis intentione persisterint, pari excommunicatione plectantur, c. si se cuiquam, dist. 28.

Si quis docuerit sacerdotem, sub obtentu religionis, propriam uxorem contemnere, anathema sit, c. si quis, dist. 28.

De presbyteris non est laicis iudicandum, c. consulendum, dist. 28.

Nos virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate, & religionem Deo acceptissimam esse dicimus, & renuntiationes secularium negotiorum, atque actuum, cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem perdurat honoramus, & diuites cum fide, iustitia, & operibus bonis non abijcimus, c. hac autem, distinct. 30.

Nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut superinductam mulierem, c. nullus Missam, dist. 32.

Quicum.



Quicumq; sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, à diuinis officijs arceatur, c. prater, dist. 32. & c. habuisse, dist. 33.

Non habitent cum Clericis mulieres, nisi, quae naturalis federe, omnem suspicionem excludunt, c. interdixit, dist. 32.

In ambiguis rebus absolutum nõ debet esse iudicium, c. habuisse, dist. 33.

Is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communionem nõ repellatur: tamen, ut vnus mulieris, aut vxoris, aut concubinae sit coniunctione contentus, c. is, qui non habet, dist. 34.

Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere, licitum est: nisi vnã tantũ, aut vxorem, aut certè loco vxoris, (si coniunx deest) concubinam, c. Christiano, dist. 34.

Episcopus multum familiaritatis habens cum quadam filia, si monitus non abdicet, excõmunicatur, c. querendum, dist. 34.

Concubinas habere non licet vobis, etsi non habeatis vxores, tamen non licet vobis habere concubinas, nisi postea dimittatis, & ducatis vxores, tanto magis damnatio erit vobis, si voluerit is habere vxores & concubinas, c. audite, §. concubinas, dist. 34.

Regule sanctorum parum, pro tempore, loco, & persona, & negotio, instate necessitate, tradita sunt: pro quorum varietate etiam intelligi debent, c. 1. 2. 3. 4. dist. 24.



LIBER TERTIVS. 559  
DE CLERICIS NON RESL  
dentibus in Ecclesia seu præbenda.

*Titulus IIII.*

Continuatio.

Clericus non tantum ab ijs, quæ animum à diuinis officijs auertat, abstinere, sed etiam Ecclesiæ, in qua beneficium denet adesse, & summa, qua fieri potest, industria, fideiq; integritate munus, ratione obtenti beneficij, iniunctum obire debet.

*Quid est Residentia?*

Residentia est clerici in Ecclesia beneficiū tenentis, cum voluntate debiti præstandi seruitij præsentia. Dico; cum voluntate præstandi seruitij; quia parum esset, præsentia sui exhibere, & curam seu seruitium Ecclesiæ negligere, c. extirpanda, extr. de præbend. & c. quia nonnulli, extr. eod.

*Quæ causa efficiens?*

Præceptum diuinum, & voluntas clerici præsentis, nec ratione obtenti beneficij iniunctum sibi munus recusantis, d. c. quia nonnulli, extr. eod.

*Quod Obiectum?*

Omnia seruitia, quorum præstationem obtenti beneficij possessio requirit, vt ait Hostiens. §. quis clericus, hoc titulo.

*Quæ Forma?*

Vt Clericus Ecclesiæ, in qua præbendam habet, adsit,

adsit,



adfit, nec non seruitia, quæ ipsi, ratione præbendæ, vel beneficij imponuntur, in propria persona, vel si iustam absentix causam allegare possit, per Vicarium præstet, qua tamen non probata, per subtractionem proventuum, alijsq; Pontificij iuris remedijs, per se, etsi præbenda sit admodum tenuis, & ultra viginti aureos annui redditus non habeat, seruitia facere tenetur, quia eius industria videtur requisita, d. c. quia nonnulli, c. conquerente, &, c. cum ad hoc, extr. eod.

*Quæ forma procedendi contra non residentes, & absentes contumaces?*

Si Prælati vel Clerici, in Ecclesia, in qua prælaturam vel beneficium obtinet, non resideat, monendus est, & citandus, vt termino in citatione præfixo ad Ecclesiam reuertatur: quod si intra terminum præfixum non redeat, nec iustum impedimento causam afferat, beneficio vel prælature priuatur, aliusq; in eius locum substituitur, c. ex parte, extr. eod. Quod quidem verè, si longo tempore absit, & Ecclesix utilitas clerici contumaciter absentis præsentiam & adiuuam exposcat, d. c. ex parte, vers. decem annorum. Quod si autem breuiori tempore absit, facile terminus ei peremptorius præfigitur, ob id contumaciam commissam impune tenetur. Quoniam, diaconus, vel presbyter, si per tres septimanas, vel Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, si aliquot diebus solennibus ab Ecclesia sua defuerint, triennio à communione suspenduntur, c. si quis in clero, 7. quæst. 1. Quod si locus, vbi clericus absens degit, ignoretur, vel

ratione



ratione loci, temporis, vel cuiusq; alterius impedimenti, ad ipsum citatio deferri non possit tribus edictis in eius Ecclesia publicè propositis, euocabitur: quod finas, dum intra sex menses reuertatur beneficio, vel Ecclesia sua, priuari poterit, c. ex tua deuotionis, extr. eod. Denique, si ob clerici eruditionem & præstantiam, eius priuationem Ecclesiæ non expedire visum fuerit, per suspensionis vel excommunicationis sententiam, absentis contumacia coercetur, qua pœna contempta, à contumace rerum spiritualium administratio ei interdici poterit, d. c. ex tua, §. contra eos, extr. eod. Episcopus etiam, relicto suo episcopatu absque Superioris licentia, ad alium transiens, solo Pontificis mandato, episcopatu utroque & habito & ambito priuatur, licet ab Archiepiscopo suspendi, & excommunicari possit, si vel transeat, vel relicta Ecclesia sua, absque probabili causa, euagetur, c. accusatus, 3. quæst. 6. c. 1. extr. eod.

*Quæ sunt causæ legitimæ à pœna contumacium liberantes?*

Prima causa excusationis à pœna est, priuilegium à Pontifice, vel Episcopo, super absentia concessum: Si tamen Ecclesia ministrorum patitur defectum, etiam priuilegiati, per subtractionem prouentuum, residere coguntur, c. cum ad hoc, extr. eod. c. suggestum, extr. de decimis, c. quid pernouale, extr. de verb. sig. Secunda infirmitas. Nam qui ita detentus morbo, ut rerum ad officium suum pertinentium non possit sagere,

N n

tagere,



tagere, non modò beneficij sui fructus consec-  
 tur, sed & distributiones canonicas, & omnia  
 quæ clerico in bona valetudine constituto, & be-  
 neficium suum præstanti, concederentur, c. 1. eod.  
 de cler. ægro. & c. vni. in 6. eod. Tertia. Per-  
 sa facultas à p̄lato vel Capitulo bonis literis op-  
 ram nauandi in honesto & probato Gymnasio  
 dummodò hæc vacatio septennij tempus non  
 excedat, c. tuæ fraternitatis, extr. eod. & c. c. c.  
 ex eo, gloss. in vers. septennio, de elect. in 6. Dic-  
 in probato aliquo Gymnasio, quia, si in villa  
 & castellis, vbi nullum, aut exiguum est studii  
 rum exercitium, quis versaretur, priuilegio  
 causa studiorum absentibus indulto, gaudere  
 non poterit, d. c. tuæ fraternitatis, extr. eod.  
 Quarta. Inimicitia capitales. Quoniam illa  
 iam à publico munere immunitatem præstat  
 c. bonæ memoriæ, extr. de elect. Quinta. Tur-  
 iurium ipsius Ecclesiæ, ad quæ conseruanda  
 citè quis abesse potest: etsi tempore pro-  
 stitisset iuramentum, c. ex parte tua pro-  
 tum, extr. eod. Sexta. Senectus præstat ex-  
 tionis causam. Non vt à sene ecclesia par-  
 deseratur, sed vt aliquatenus muneris in-  
 administratione liberetur. Est enim senectus  
 per se onerosa & languida multas securum  
 rens infirmitates, & aduersitates. Nihil  
 rationi & æquitati magis consentaneum, quàm  
 eius labores, qui multo tempore, promissis  
 dis Ecclesiæ utilitatibus insudauit, adiu-  
 ne quodam alleuari. Vnde Zacharias Pater  
 fex Bonifacio Moguntino Archiepiscopo



confecto petenti in suum locum alium constitui, non Moguntinam Ecclesiam relinquere, sed Coadiutorem, qui ipsum cura & sollicitudine commissarum animarum liberet, & ei morienti in Episcopatu succederet, datis ad ipsum Apostolicis literis sibi adsciscere, & ordinare, concessit, c. petisti, 7. quæst. 1. Et aliæ consimiles causæ, que vel ex paritate rationis, vel æquitate his connumerari possunt.

*Quæ causæ impulsivæ faciendæ  
Residentie?*

Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ & Reipub. vtilitas.

*Quis Finis & Effectus?*

1. Regnum Dei, si debito modo seruitium fiat, ut ait Hostiens. §. quod fit præmium, hoc tit. 2. Acquisitio iuris eligendi & spiritualis consortij, aliud nisi impediatur, c. quia propter, extr. de elect. 3. Perceptio fructuum ipsius beneficij, c. relatum, c. cum secundum, & c. extirpanda, ext. de præbend. & dignitatibus. 4. Perceptio distributionum canonicarum, quæ solum inter præsentem clericos, non autem absentes, siue contumaciter absint, siue ex privilegio excusentur dispertiantur, dempto clerico, ob infirmitatem corporis, absente, is enim harum distributionum etiã particeps est, c. unico, eod. tit. in 6.

*Nn 2*

*Quæ*



*Quæ Cognata Residentiæ?*

Quælibet absentia priuilegiata, quæ residentiæ, quo ad perceptionem fructuum, ipsius beneficii æquiualeat, & præsentia clerici, officium tamen suum negligentis.

*Quæ Pugnantiæ?*

Contumacia absentis, officij iniuncti neglectus, transitio ab vna Ecclesia ad aliam, ex ambitione, cupiditate, auaritia, c. mutationes, 7. quaestione 1.

## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Priuandus est beneficio Prælatus, vel clericus, non residens, qui citatus & monitus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi iusta allegetur impedimenti causa, & parte, extr. eod. & o. fin. eod.*

*Si ignoretur locus, vbi clericus non residens, tribus edictis in Ecclesia euocabitur, qui si intra sex menses non reuertatur, beneficio priuabitur, c. ex tua, extr. eod.*

*Fraus & dolus nemini patrocinium præstare debet, c. tua fraternitatis, extr. eod.*

*Si Ecclesia patitur ministrorum defectum, priuilegiati super absentia, per subtractionem prouentuum, reuocantur, c. cum ad hoc, extr. eod.*

*Qui iurauit in Ecclesia residere, pro seruitijs Ecclesie licite se absentat, c. ex parte, extr. eod.*

*Qui studiorum causa, vel in seruitio, Episcopi absentat, c. omissa, extr. eod.*



omnes beneficij fructus, præter distributiones Canonicas, tanquam residens, percipit, c. de cætero, extr. eod. & c. tua fraternitatis, eod.

Episcopus, sine licentia Pape, ad alium Episcopatum transire non potest: quod si fecerit, & habito & ambito priuabitur, c. 1. extr. eod.

Nemo debet afflictio affliktionem addere, ne ipsum culpa offensa respiciat, c. cum percussio, quæst. 1.

Periculosum est in rebus diuinis potestati, & iuri suo renuntiare, c. quàm periculosum, 7. quæst. 1.

In dignitate constitutus, si senio sit grauatus, coadiutor illi dandus est, qui morienti succedat, c. petisti, 7. quæst. 1.

Necessitatis & vtilitatis causa Episcoporum mutationes fieri possunt, c. mutationes, 7. quæst. 1.

Non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorū aduersitas, c. aduersitas, 7. q. 1.

Pro gradu sui officij quemq; meliorem esse oportet, c. qualis, 8. q. 1.

Oportet eum, qui docet esse talem, vt pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, c. oportet, 8. q. 1.

## DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

### Titulus V.

#### Continuatio.

**L**Egi diuinæ consentaneum est, vt qui in Ecclesia sua residet, & debitum seruitium præstat, ab eadem Ecclesia sustentationem, pro

Nn 3 ratione



366 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
ratione dignitatis & officio conueniētem percipi-  
piat. Qui enim altari seruit, de altari viuere de-  
bet, c. ex his, 22. q. 1. & c. Ecclesiasticis, 12. q. 2.

*Quid est Præbenda?*

Præbenda, secundum Hostiensem est, ius  
percipiendi prouentus Ecclesiasticos, compe-  
tens percipienti tanquam vni ex collegio, ex Ca-  
nonia promanans, Hostiens. §. quid sit præben-  
dæ, hoc tit.

*Quotuplex Præbenda?*

Præbendæ bifariam intelligi possunt: Vel,  
vt in aliquorum patrocinio, & tutela sunt: quia  
ab illis sunt fundatæ & constitutæ, vel locu-  
pletatæ, quas & propterea patronatus iura appel-  
lant. Et de his hoc loco non agitur: quia cum  
non vni ex collegijs competant, neque ex Ca-  
nonia descendant, improprie præbendæ di-  
cuntur, vt notat, in c. cum M. Ferrariensis, ex-  
tr. de constitut. c. possessiones, 16. quæst. 1. & q.  
2. extr. de institut. Alio modo præbendæ dicun-  
tur, ab omni cuiusque patronatu solutæ, &  
annexæ ipsi Canonix, solum personis colle-  
gis competentibus. Vnde dicitur, Canonicum  
absque præbenda esse non posse, & Canoniam  
habentem, ex consequenti præbendam habere  
debere, c. relatum, & c. dilectus, extr. eod. & c.  
cum super, extr. de concess. præbend. & d. c. cum  
M. Ferrariensis.

*Quæ*



*Quæ causa Efficiens?*

Et collatio Canonice facta ab eo, qui ius conferendi habet: sicuti enim actio ex obligatione, ita præbenda ex Canonica descendit. Unde Episcopus ad sacros ordines aliquem promovens, qui præbendam non habet, nec de suo patrimonio se sustentare possit, ipsi etiam ex suis facultatibus, de alimentis necessarijs, donec beneficium adipiscatur, providere debet. Fuit enim in arbitrio eius, vel non ordinare, qui titulum non habuit, vel ordinare, & eo usque quo consequatur titulum, necessaria suppeditare, c. nō liceat, c. cū secundū, & c. tuis quæstionibus, extr. eod.

*Quid est Canonica?*

Canonica est, ius quoddam, quod ex electione seu collatione, vel institutione & receptione alicuius in canonicum, oritur siue acquiritur, ubi certus est canonicorum numerus, vel de novo creatur, ubi certus numerus nō habetur, Hostiens. in §. quid sit præben. eod. tit.

*Quomodo differunt Canonica & Præbenda?*

Differunt, ut causa, & effectus. Quia Canonica est ius, cuius effectus, est, fructuum perceptio, cōtemplatione enim iuris per collationem Canonice constituti, præbenda conceditur. Unde canonica in iure, præbenda autem proprie in perceptione fructuum, consistere dicitur, Hostien. d. §. quæ sit præbenda, vers. præbenda.

*Quod Obiectum?*

Sunt fructus beneficij, annuæ pensiones, & omnes redditus ad præbendam spectantes, quæ canonica



*Quæ Forma?*

Vt, collata Canoniam, clerico in eadem Ecclesia residenti, pro meritorum qualitate, personæ conditione, dignitatisque ratione, vitæ honestæ & dignè sustentandæ necessaria subministrantur. Ad præbendam enim obtinendam in Ecclesia non sufficit in eadem adeptam Canoniam, vel, ut quis titulum Canonici sit, per collationem consecutus: sed requiritur eiusdem etiam residentia. cum clericus non residens iure percipiendorum fructuum (quod præbendam esse dixi) imò etiam, ipso titulo, ob nimiam contumaciam, priuetur, Hostien. in §. 1. & §. vlt. tit. de clericis non residentibus: Quæ autem sit forma conferendarum præbendarum, & quæ ad collationem requirantur? infra, tit. de concess. præbendarum, conuenientiùs tradetur.

*Quæ causa Finalis?*

Vt diligentius diuina officia administrentur: ne alioquin clericus necessariæ sustentationis indigentia compulsus, ad alia officia gratia querendi vitæ necessaria, confugiat, & animus diuino cultu & seruitio abdicat.

*Qui Effectus?*

Perceptio reddituum vitæ sustentandæ necessariorum, tranquillitas animi diuino seruitio expediundo intenti, facultas subueniendi pauperibus, aliisque egentibus hominibus in necessitate.

Quid



*Quid est Dignitas?*

Dignitas est, rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione administrandarum potestas.

*Quae causa Efficiens?*

Statuta Pontificum, decreta Conciliorum, & vota Collegiorum, per viam electionis alicui potestatem administrandi res Ecclesiasticas concedentium.

*Quod Subiectum? vel, qui dicuntur habere Dignitatem?*

Omnes Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Abbates, Praepositi, Priores, & omnes Collegiatae Ecclesiae Praefecti, Abbas in c. multa, extr. eod.

*Quod Obiectum?*

Gradus praereminentia, administratio rerum Ecclesiasticarum, & iurisdictione.

*Quae Forma?*

Vt in Ecclesia tantum una vnam habeat dignitatem, via potestatis per electionem, vel alium quemvis modum translate, iurisdictionem sibi in subditos competentem exercent, resque Ecclesiasticas sibi commissas, fideliter administret. Solus enim Praelatus in dignitate constitutus, rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione administrandarum habet potestatem, non autem is, qui personatum, vel officium habet. Est enim personatus praerogativa in Ecclesia, omni carens iurisdictione, veluti: si quis sedem habeat praeter ceteris in choro eminentem, aliarum praerogatiuarum: & praerogativam



fertim iurisdictionis experts. Officium autem  
ius administrandarum rerū Ecclesie, sine iurisdic-  
tione, Abbas, c. multa, extr. eod. & Felin. in  
brica, de officio deleg.

*Quis Effectus?*

Potestas administrandi res Ecclesiasticas, & ex-  
ercendi iurisdictionem in clericos inferiores.

*Quæ Cognata?*

His, qui in dignitate sunt, comparantur Eccle-  
siæ Cathedralis Canonici, c. statutum, extr. de re-  
script. etiam rectores Ecclesiarum, affinitatem  
tiam habent cum dignitatibus & præbendis per  
sonatus officium, Canoniam & ius patronatus.

*Quæ Adiacentia?*

Sacer ordo. Nam licet Episcopatus & familia  
sacer ordo sit, dignitatem tamē annexam habet  
sicuti præbendam, Canoniam, & residendum.

*Quæ Pugnancia?*

Contumacia absentis, suspensio, depositio, &  
excommunicatio, neglectus minoris demerit.

AXIOMATA ET SENTENTIAE

*Solum egentibus subuenire debemus, si non culpa  
ad egestatem venissent, c. 1. dist. 86.*

*Nihil aliud est habenti dare, quam perdere, c. 1. dist.  
1. quest. 2.*

*Sicuti vnum corpus plura membra habet, nec omnia  
ad vnum actum idonea: ita quis in vna Ecclesia plures  
plures*



plures dignitates obtinere, c. singula, dist. 89. c. quia in, extr. eod.

Dignum est, vt qui diuinis adscribuntur obsequijs, Ecclesie sustententur stipendijs.

In bonis Ecclesie non succeditur iure consanguinitatis, c. 1. extr. eod.

Ratio nulla permittit, vt, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, proprijs cuiusquē vsibus applicetur, c. ratio, extr. eod.

Qui ordinauit aliquem ad sacros ordines sine titulo, nec de suo patrimonio viuere possit, providere eidem de suis facultatibus tenetur, donec aliquem titulum fuerit consecutus, c. Episcopus, extr. eod. c. 2. c. cum secundum, extr. eod.

Canonici non potest esse absque prabenda: si ordinatus non habeat, vnde viuat, idē is, ex cuius iussu quis ordinatus est, ei de prabenda providere tenetur, c. relatū, extr. eod.

Prabenda & dignitates nec diuidi, nec permutari debent, c. maioribus, extr. eod.

Habens plures Ecclesias alteram eligere, & alteram dimittere compellitur, c. referente, extr. eod.

Rescriptum strictē est interpretandum, c. fin. extr. eod.

Propter inopiam prabendarum Ecclesia Cathedralis, possunt eis adnecti capella, reseruata ipsarum presbyteris congrua portione, c. exposuisti, extr. eod.

Beneficium datur, propter officium: ergo pueri & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deseruire, in ea non debent idonei ad consequenda beneficia reputari.

tari.



572 ANALYS. IVRIS PONTIFICI  
tari, c. super inordinata, extr. eod.

Clerici ignobiles, & non eminentis scientia, propter  
hoc non debent à præbendis repelli, etiã in Ecclesia, quæ  
tales admittere non consuevit, c. venerabilis, extr. eod.

Absens, propter Theologicum studium, fructus benefi-  
ciorum suorum percipit in absentiã: sed nullo modo qua-  
tidianas distributiones, c. licet, extr. eod.

Cum sublimibus & literatis personis, circa pluri-  
tatem beneficiorum incomptabilium, solus Papa dispo-  
sat, c. de multa, extr. eod.

Absenti potest conferri beneficium, alio mediante.  
Nec refert vtrum absens inuestiatur per personam me-  
diam, vel, persona media, inuestiatur pro absente, c. ac-  
cedens, extr. eod.

Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittunt  
in iudices, poterit iudex alterum confirmare, & alium  
pro bono pacis, de prouentibus prouisionem facere, c. si  
essent, extr. eod.

Sicuti duo, vel plures eandem dignitatem in vna  
dam habere non possunt: ita nec vnus plures dignitates  
vel personatus in vna vel diuersis Ecclesijs habere  
test, c. ad hæc, & c. tua fraternitatis, extr. eod.

DE CLERICO AEGROTANTE,  
te, vel debilitato.

Titulus VI.

Continuatio.

Sicuti propter senectutem, clericus in dignitate  
constitutus, ab officio vel dignitate non  
mouetur, sed adiutor, qui vicem eius subbeat  
adim.



adiungitur, ita etiam clericus infirmitate detentus, dignitatem, vel beneficium quod habet, non amittit: sed ei vel adiutore (si opus fuerit) vel saltem permissione fructuum sui beneficij, & canonicarum distributionum subuenitur.

*Quid est Infirmitas vel Morbus?*

Morbus, apud Sabinum definitur, habitus cuiusque corporis, contra naturam: qui usum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit, l. 1. ff. de redhib. actione. Et vel in toto corpore: vel parte corporis accidit. toto corpore, vt febris: parte, vt cæcitas, & c. d. l. 1.

*Quotuplex Morbus?*

Duplex, fonticus, & non fonticus. Fonticus morbus dicitur, qui cuiusque rei agenda impedimento est. Non fonticus autem, qui impedimento non est, l. quæsitum, ff. de re iudicata.

*Qui morbus Clerici non residentis, et non ministrantis absentiam excusat?*

Morbus fonticus: vt est apoplexia, paralyfis, & c. & motus corporis contra naturam, quæ febrim appellant. Non autem is qui impedimento esse non solet: vt leuis febricula, vetus quartana, vt asserit Iulianus, in l. quæsitum, ff. de re iud. Distingue tamé circa personas. Aut, superior prælati, vt est Episcopus, & rector Ecclesiæ, morbo graui, & incurabili corripitur: vt lepra, vel morbo fontico, impediendo officij administrationem: & coadiutor ei dandus est, qui curam habeat animarû, & de facultatibus Ecclesiæ ad sustentandam

stentandam



stentationem suam congruam recipiat pen-  
nem, c. de rectoribus, &, c. fin. ext. eo. c. vno.  
tit. in 6. Aut, clericus, nulla præfulgēs digni-  
fed ex inferioribus quidam, corporis infirmitate  
te laborat, & ab executione officij, siue admi-  
strationis, remouetur: ita vt ipse fructus benefi-  
fui, & alias distributiones canonicas percipiat  
iuxtaq; Ecclesię facultates sibi necessaria, quibus  
vixerit, ministrentur, c. tua nos, &, c. 1. extr. eo.

#### AXIOMATA ET SENTENTIAE

*Afflictio afflicto non est addenda, c. ex parte, extr. eo.*

*Episcopo, qui propter morbum incurabilem par-  
le officium exercere non potest, dandus est collatio-  
cui portio competens reddituum Episcopatus ad sus-  
tentionem assignetur, c. ex parte, &, c. de rectoribus,  
extr. eod.*

*Clericus infirmus integrè percipit fructus  
sui, c. 1. extr. eod.*

*Alter alterius miseria misereri debet, d. c. 1. extr. eod.*

#### DE INSTITVTIONIBVS

##### *Titulus VII.*

##### *Continuatio.*

**S**ingularis modus conferēdi beneficia, seu  
beneficentia in patronatu alicuius consistens  
ipsa institutio à collatione non multū differat.

*Quot sunt modi conferendi Beneficia?*

*Sunt duo: institutio & collatio.*



*Quid est Institutio?*

Institutio est, beneficij iuri patronatus subiecti, ad præsentationem patroni in institutum per Ordinarium facta trāslatio, Abb. in c. 2. extr. de concess. præbend.

*Quæ est causa Efficiens?*

Authoritas Ordinarij, vel Prælati, ex lege vel consuetudine ius instituendi habentis, præmissa per patronum instituendi præsentatione.

*Quod Subiectum? vel qui instituere possunt?*

Episcopus, Capitulum, vacante sede. Nam Capitulum, licet, sede vacante, beneficia ad Episcopi collationem spectantia conferre nō possit, tamen à patronis præsentatos, si idonei sint, admittere & in beneficijs instituere potest, c. 1. eod. tit. in 6. item Abbates, Delegati vel quilibet alius ius instituendi ex consuetudine habens, Hostiens. §. quis possit, hoc tit.

*Quod est Obiectum?*

Persona idonea, quæ instituitur, siue sit nobilis, siue ignobilis: quia nō genus nobilitat hominem, sed virtutes. Nec obstat aliqua consuetudo contraria, c. venerabilis, extr. de præbend. Non tamen instituitur is, qui seruilis conditionis, vel duplex matrimonium expertus est, vel qui beneficium habet, nisi beneficiū dimittere velit. Potest. n. Clericus secularis in seculari Ecclesia, et regularis in regulari, institui quia homines disparis professionis, simul esse non possunt, c. 1. de vita, & honest. cler.

*Quæ*



*Quæ Materia in qua?*

Beneficium, in quo alteri competitus patronatus, in eo enim solùm institutio locū sibi vendicat, d. c. 1. eo. tit. in 6.

*Quæ Forma?*

Vt beneficio patrociniō subiecto vacante patronus, qui eius patrociniū gerit, vnum vel plures, intra legitimum tempus, ipsi Ordinarius vel qui ius instituendi habet, præsentet, quæ præsentatione facta, Ordinarius, vel is, qui instituit, si ex pluribus præsentatis vnum idoneum viderit, ipsum deligat, vel si vnus saltem præsentatus, & idoneus fuerit, admittat & approbet, necnon in beneficio ipso instituat.

Ex quibus patet ad institutionem faciendam multa requiri: scilicet, primò: vt beneficium sit vacans: quia super vacaturo beneficio, nec præsentatio, nec institutio valet, c. 2. & c. coadunat, extr. de concess. præbendarum, licet Papa etiam in vacaturis ius tribuere possit, c. 2. de præbendis in 6. 2. Vt beneficium tale sit, quod subiectum alterius patronatui, aliàs enim in eo non institutio, sed collatio locum haberet, c. cum in 6. eod. tit. in 6. 3. Vt is, qui præsentat, sit patronus, siue verus, siue putatiuus, quia putatiui patroni præsentatio tenet, etsi postea ius patronatus alius in iudicio euicerit, c. decernimus, de filiis, 16. quæst. 7. Nec interest, vtrū vnus an plures sint patroni, ex successione fortūran, vel alio modo facti. Quia ius patronatus ad quoscunque hæredes transmittitur, & plures successores vni habent vocem vnius, nec hæres patroni



institutum mutare potest, c. 1. 2. & 3. extr. de iure patro. Quòd si autem, beneficio vacante, in plures partes, patronorum vota in presentando se diuiserint, ille præficiendus est Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & pluriũ consensu approbatur, Abb. in c. quoniam, ext. de iure patro.

4. Requiritur, vt patronus vnum vel plures presentet. Quòd si plures presentauerit, de omnibus magis idoneum Episcopus eligere potest, c. quia propter, extr. de elect. se autem ipsum presentare non potest, c. fin. extr. eodem.

5. Vt legitimo tempore presentet. Legitimum tempus in Ecclesiastico patrono, est, sex mensium spacium, sed in laico quadrimestre tempus. Ratio diuersitatis est. Quia Ecclesiastica simul facta presentatione amplius variare non potest, quod tamen laico conceditur: Ergo breuius tempus ad presentandum ei datur, Dd. in c. vnico, §. verum, licet de iure patro. in 6. & in Clemen. plures, de iure patro. Et quæ notantur in c. cum vos, extr. de off. ord.

6. Requiritur, vt presentatio instituendi fiat Ordinario vel alij, vt est Delegatus, Abbas, Capitulum, sede vacante, & similibus, qui ius instituendi habent. Nam si patronus, propria auctoritate, absque presentatione instituerit, excommunicabitur, & clerici perperam instituti à communionem priuabuntur, aut si adhuc perstiterint, à ministerio Ecclesiastico & Ordine deponentur, c. præterea, extr. de iure patro.

7. Vt Ordinarius, vel quiuis alius, ius instituendi habens, ex pluribus presentatis magis idoneũ eligat, vel si vnus tantum, qui idoneus sit, presentatus fuerit, eum admitrat, approbet & instituat, c. illud, c. de-



578 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
c. decernimus, 16. q. 7. But. in c. ex transmissa, ex  
de renunc. &, c. quamuis, de rescript. in 6.

*Quis Effectus?*

Est ius percipiendi fructus beneficij iuri patro-  
natus obnoxij, & potestas administrandi officij,  
& munus ratione illius beneficij iniuncta.

*Quæ Cognata?*

Collatio. Quæ quid sit? proximo titulo expli-  
cabitur: prouisio, licet prouisio nomen generale  
sit, & ad collationem, & institutionem non in-  
uenienter adaptari & referri possit.

*Quæ Adiacentia?*

Præsentatio patroni, integritas vitæ institui-  
di, & similia.

*Quæ Pugnancia?*

Institutio facta, sprete patroni præsentatione,  
vel institutio facta per ipsum patronum contra  
authoritatem, vitium instituti, quod antea  
simonia, &c.

AXIOMATA ET SENTENTIAE

*Si possidet ius instituendi is, ad quem de iure com-  
muni non spectat, pendente iudicio proprietatis, in p-  
ne defenditur, c. cum venissent, extr. eod.*

*Is ad quem spectat collatio dignitatum seipsum  
stituere non potest, c. fm. extr. eod.*

*Etsi Capitulum, sede vacante, beneficia, quæ ad  
collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, p-  
tatos tamen à patronis potest admittere, si sint illius  
& eos instituere in beneficijs ad quæ fuerint præsentati.*



ti, licet ad Episcopum (si superesset) admissio & institutio huiusmodi pertineret, c. 1. de institut. in 6.

Sicuti Ordinarij institutio, spreta patroni presentatione facta, non subsistit: ita nec à patrono propria auctoritate facta institutio, valet, c. 1. 16. q. 7.

Patroni de presentando alternis vicibus convenire possunt, pluresq; simul presentare, de quibus Ordinarius instituendum deligat, c. fin. de præben. in 6.

Si patroni plures in presentatione non fuerint concordēs, attenditur maior & melior pars, c. quoniã, extr. de iure patro. & c. si fortè, dist. 63.

Episcopus, qui instituit secundo loco presentatum, in pœnã tenetur providere etiã primo presentato, c. que rimoniã, extr. de iure patro.

## DE CONCESSIONE PRÆBENDARUM, & Ecclesię non vacantis.

### Titulus VIII.

#### Continuatio.

**A**lter modus conferendi beneficia, est, collatio, q̄ nullius patroni præmissã presentatiõnẽ, sed eius tantũ, qui ius concedẽdi præbendas omni patronatus iure liberã & solutas habet, auctoritatem requirit.

#### Quid est Collatio?

Collatio est præbendæ liberæ, & ab omni cuiusque patronatum soluta, ab eo, qui vel summa auctoritate & præeminentia præpollet, vel qui ex lege & consuetudine ius conferendi beneficia habet, liberè, palãm, purè & sine diminutione facta concessio. Hęc descriptio colligitur ex



*Quotuplex Collatio?*

A causa efficiente duplex potest intelligi: vel extraordinaria, vel ordinaria. Extraordinaria dicitur, Collatio, quæ fit, vel ex mandato Legati sedis Apostolicæ, aut Pontificio rescripto. Ordinaria autem fieri dicitur, cum Episcopus, vel Capitulum ex lege, vel consuetudine, ius conferendi habentes, beneficia concedunt, c. postulasti, extr. eod.

*Quæ causa Efficiens?*

Est Apostolica autoritas & potestas ordinaria vel delegata, lex & consuetudo, conferendi ius tribuentia.

*Quod est Subiectum?*

Est Summus Pontifex, ex summa, qua pollet, autoritate: Legatus Sedis Apostolicæ, ex potestate commissa: Episcopus: alijque Prælati, seu seculares, siue regulares, ex lege, vel consuetudine, facultatem concedendi præbendas habentes, c. postulasti, c. accedens, extra eod. c. cum notis, extr. eod.

Sed inter Summum Pontificem, Legatum & Ordinarium, circa collationis potestatem constituuntur gradus. Nam ad Episcopum, vel Prælatum omnium quidem basilicarum, quæ in eius territorio positæ sunt, collatio regulariter pertinet, vacaturam tamen præbendam suæ dispositioni referuare non potest, c. 2. extra de concess. præbend. & longè minus in eadem publici ius tribuere. Legatus autem: non modo vacantes intra suæ legationis terminos Ecclesias confert,



conferre, verum etiam vacaturas referuare poterit; licet eidem vacaturis alicui ius tribuendi nulla sit facultas. At Apostolicus & ubiq; vacantes donare, & vacaturas suæ prouisioni referuare, & in vacaturis ius tribuere potest, cum in ipsoplenitudo resideat potestatis, c. 2. de præbéd. in 6. c. significasti, extr. de elect. & c. proposuit, extr. de concess. præbend.

*Quod Obiectum?*

Beneficium à iure patronatus solutum, & per mortem, resignationem, translationem, beneficiati, vel alium quemcunque modum vacans, c. nulla Ecclesiastica, c. relatum, & c. ex tenore, ext. eodem.

*Quot modis Beneficium vacare dicitur?*

Multis: 1. Morte ipsius beneficiati, c. 2. ver. ne desiderare quis mortem, extr. eod. 2. Renunciatione eius, qui illud fuerat affectus, siue simplex sit renunctio, siue permutationis causa facta, c. susceptum, de rescript. in 6. c. 1. extr. de rerum permutat. Est tamen distinguendum inter vacationem ob mortem, & resignationem, in hoc casu. Nam si Legatus vel Pontifex mædet alicui beneficium per resignationem vacans conferre: si illud per mortem vacet, nõ debetur, sed cessat mandatum, nisi aliam fuisse mandatis intentionem ostendatur. At: si duo super eodem beneficio literas impetrent, & vnus per mortem, alter per resignationem beneficium vacare dicat, posterior si beneficium resignatione vacauerit, erit priori præferendus, d. c. susceptum, de rescript. in 6. 3. Beneficium vacare dicitur, ob delictum: vt



si pœnæ causa ob delictum quis beneficio fuerit priuatus, c. graue, extrà, de excess. prælatorum.

4. Electione & secuta confirmatiõe. Nam si quis ad Episcopatum electus fuerit, & confirmationem acceperit electionis, beneficia quæ habet, mittit, c. cùm in cunctis, extr. de electionibus, &c.

5. Acquisitione beneficij, curam, vel dignitatem annexam, habentis: siquidem cum quis beneficium assequitur, quod vel curam, habeat, vel dignitatem annexã, prius beneficium ipso iure vacat, cui vel cura animarum, vel dignitas inhærebat, extrauag. execrabilis, tit. de præbend. & Abb. in c. de multa, extra de præbend.

6. Translatione absque Pontificis auctoritate facta: Episcopo enim ad aliam Ecclesiam relicta sua, transeunte, eiusque possessionem adepto, prior eius sedes, ac etiam posterior, quam per superbiam concupiuit, vacua fiet, c. quædam, extr. de translat. Episcoporum.

7. Negligentiã intra annum accipiendi sacerdotales Censuris ab eo, cui parochialis Ecclesia collata est. Nam is, qui parochiam adeptus est, intra annum curare debet, vt ad Ordines promoueat, si negligat, & annuus integer labatur, illa Ecclesia priuatur, nec post priuationem illa eide transferri poterit, c. commissa, & c. licet canon, c. lect. in 6.

8. Per contractum matrimonium clericus in Ordinibus constitutus, si matrimonium contrahat, nec ab eo ad admonitionem etiam abstinere velit, beneficij obtenti iacturam facit, glos. in c. 1. extr. de cler. coniugatis.

Sunt & alij modi, quibus beneficia vacare dicuntur: qui breuitatis causa hic omittuntur. Cuiusmodi



ijdem Canonicas sanctiones diligenter legentibus, facile patefient.

*Quæ forma conferendi Beneficia?*

Ut is, qui conferendi potestatem habet, beneficium liberum, & vacans intra statuta Canonicis tempora, liberè, palàm, purè, & absq; diminutione aliqua conferat, ei, qui iure ipsum tenere non prohibetur. Ex quibus requisita necessaria collationum colligi possunt: 1. Ad collationem requiritur, vt collatio fiat ab eo, qui ius cõferendi habet. Ius autem conferendi habent, qui suprà enumerati sunt: vt Pontifex, Legatus de latere, Episcopus, Capitulum, & interdum alij Prelati. Pontifex non tantùm vacantes Ecclesias & præbendas de plenitudine potestatis cõfert, sed etiam in vacaturis ius tribuit. Legati sunt duplices, missi, siue nati, & legati de latere. Legati missi, vel nati, vigore suæ legationis non conferunt, nisi sibi specialiter cõcedatur: Legatis verò de latere, sine speciali concessione, etiam Ecclesiastico patrono inuito cõferendi facultas cõpetit, c. dilectus, ext. de off. leg. Episcopus & Capitulum quãdoq; coniunctim, quandoq; separatim cõferunt, si communiter & cõiunctim, alter sine altero potestatem conferendi exercere non poterit, nisi in altero impedimentum subsit. Impedimentum esse potest, vel mortis, vel suspensionis, vel maioris excommunicationis, c. vnico: ext. ne sede vacante aliquid innouetur, & in 6. & Abb. in c. ex parte, ext. de constit. Cũ verò ad solũ Episcopũ, cum cõsilio sui Capituli præbendarũ spectat collatio, distingue. Aut Episcopus, iusto impedimẽto nõ



impeditur, & tamen per sex menses collationi differt: & ad Capitulum deuoluitur conferentius; aut in rebus humanis eximitur, & tunc Capitulum se non potest intromittere, mora Episcopi mortem eius non præcedente: secus si præcederet, tunc enim conferret. Si autem ad Capitulum solum collatio pertinuerit, & intra præscriptum terminum conferre neglexerit, Episcopus cum consilio religiosorum virorum, negligentiam Capituli supplebit. . Quod si & Episcopus negligens sit, Metropolitanus etiam absque illa traditione disponet, c. ex parte, vbi Abb. extr. de concess. præbend. 2. Requiritur, vt beneficium sit liberum: nam si esset in alterius patronatu, & sic iuri alieno subiectum, nec liberè Episcopus de eo disponere posset, non haberet propriè locum collatio, sed institutio, supra, toto titulo de institut. 3. Vt vacet beneficium: (quibus autem modis vacet, iam dictum est) vnde Gelasian Concilio Lateranensi statuit, nec cõcedi, nec promitti, non vacantia beneficia posse, imò promotionem vacaturi beneficij esse ipso iure nullam, & institutum scienter in beneficium vniuersi deponendum esse, c. 1. c. 2. & c. ex tenore, extra eodem. 4. Vt legitimo tempore collatio fiat. Est autem legitimum tempus sex mensium, intra quod Episcopus, vel Capitulum, conferre debet: quo elapso de Episcopo ad Capitulum, vel de Capitulo ad Episcopum, deuoluitur collatio. Et sciendum, quod illud tempus a die vacationis incipiat, nec legitime impedito currat, c. quia diuersitatem, c. nulla Ecclesiastica, extra eod. Quod tamen intelligitur de be-



de beneficijs ultra sex menses vacantibus: nō autem Episcopatibus, qui intra tres menses conferendi sunt, c. dilectus, extr. eod. c. postquam, 50. dist. & c. ne pro defectu, ext. de elect. 5. Requiritur, vt collatio liberè fiat, non ob pecuniam, fauorem, consanguinitatem, vel affinitatem, Sed ob vitæ merita, c. Moyses, 8. q. 1. & c. si quis præbendis, 1. q. 3. Vnde recenset Hostiensis, cūm Ecclesia Argentinensis, de beneficio conferēdo tractaret, & quilibet nominaret nepotem, & sibi sanguinis necessitudine iunctum indignū, quēdam Romanum Canonicum, asinum qui plus minùs viginti annis Capitulo seruiuerat, nominasse, asserens ipsum asinum, propter seruitia Capitulo præstita, digniorem esse omnibus nominatis. 6. Palam fieri debet collatio: aliàs enim fieri non potest, vt fraudis suspicione careat, c. clericus solus, dist. 81. 7. Requiritur, puram, & non sub conditione, vel modo, conceptam esse collationem: Neque ipsam aliqua pactio, conuētio, vel promissio, præcedat, c. quàm pio, 1. q. 2. & c. fin. extr. de pactis. Licet per rescriptum Apostolicum collatio in diem, vel sub conditione fieri possit, c. pastoralis, 7. quæst. 1. 8. Vt absque vlla diminutione fiat. Quia Ecclesiastica beneficia absque diminutione conferri debent. Non ab ipso collatore pars fructuum & reddituum retineri, vel ipsum beneficium inter duos secari, nisi necessitate & commoditate id ipsum suadente, vt infra, toto titulo, vt Eccles. benef. absque diminut. conferantur, & c. maioribus, extr. de præbend. & dignitatibus. 9. Requiritur, vt persona, cui cōfertur beneficium, talis sit, vt habere



collatum beneficium possit. Vnde suspensus, & communicatus, pueri, & beneficiati, nō reputantur beneficiorū capaces, & idonei. Quia conicitur beneficium, vt seruitiū præstetur. Sed excommunicati à ministerijs sacris longè abscedere iubentur: pueris obstat iudicij tenuitas. Licet pueri Hostiens. pueros arceri tantū à dignitatibus, nō autem à beneficijs, cū illos ordinari permittat, c. de his, 28. distin. Sed hæc ordinatio, de minoribus Ordinibus, qui absq; beneficijs quoadque cōferuntur, intelligi potest. Beneficiatus autem impedimento est seruiendi nexus, quo in sua Ecclesiæ sunt deuincti. Non debent igitur in alia Ecclesia idonei reputari, cū eadem debeat uiuere non possint, c. super inordinata, extr. de pben. & dig.

*An pluralitas Beneficiorum sit prohibita?*

Sicuti in Republica benè constituta, ad honorem eius ampliandum diuersa officia diuersis distribuuntur. Tunc enim Reipublice pulchritudo apparet, si quā plurimum actionibus publicis obeundis eius statui laudabili cōseruādo intendant: ita etiā Ecclesiastica officia, ob propagandū diuinum cultū, unitatem Ecclesiæ cōseruandā, à multis administrantur: graduū enim & ordinū distributio Ecclesiæ unitatē cōseruat, c. ad hoc etiā, 99. dist. Verbiū non fit, quin auaritia eorū in diminutione cultus diuini, violationēq; Christianæ charitatis redundet, qui plura beneficia insatiabili cupiditate aggregāt, & acquirūt. Hac enim ratione cū beneficium Ecclesiasticū, sit ius recipiendi



stentationē, ratione officij & seruitij, quod vna eademq; persona in vno vel diuersis locis p̄stare non potest. Ecclesia sancta, suo priuatur ministro. Rectissimē igitur Canonistæ pluralitatē beneficiorū Christianæ reipublicæ animarūq; salutis, nō tātūm perniciosam, verūm etiā rationi naturali, salutis Ecclesiæ, cōstitutionibus, sanctorūq; Doctorū & Pontificū decretis cōtrariam asserunt. Quod tamē distinctionē quandā patitur. Aut sunt beneficia suprema, dignitatē annexā habētia: vt sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, &c. Aut duplicia & dignitates inferiores: vt sunt, p̄sonatus, & beneficia curā animarū habentia. Aut simplicia: qualia sunt omnia alia. in primi & secundi generis beneficijs hæc traditur doctrina, q̄ assumēdo secūdū beneficiū cū auctoritate vel dispensatione Papæ, ipso facto vacabit primū, si sine auctoritate, vtroq; carebit, c. q̄ quanto, ext. de transl. & c. cōquerente, ext. de cler. non resid. solusq; Pōtifex in illis dispēsabit, nec consuetudo in cōtrariū valebit, c. de multa, extr. de præb. In simplicibus aut beneficijs distinguitur: aut sunt cōpatibilia, qualia sunt (vt vocant) sine titulo, aliās velut commēdata, ob quorū scilicet possessionē quis numero clericorū illi<sup>9</sup> Ecclesię, in qua beneficiatus est nō adscribitur, c. 1. 21. q. 1. Et ex his nō vnū, sed plura iure cōmuni q̄s habere potest: nisi iure speciali. s. priuilegio statuto vel cōsuetudine q̄s prohibeatur. Aut nō sūt cōpatibilia, sed intitulata: vt sunt, Ecclesię rurales siue cura, vel præbendę alicuius Ecclesiæ collegiata, vel cathedralis, & in his, vt in alijs, beneficijs dignitatē annexam habentibus vel nō, hæc regulatur.



datur: Quòd nemo duas dignitates superiores, vel simplicita beneficia incompatibilia habere, vel retinere possit, Panorm. in c. dudum, extr. de præben. & glos. in c. dudum, extr. de elect. Intantum, vt possidens vnum beneficium, ex quo vitæ sustentationem necessariam habeat, si aliud recipiat, mortaliter peccet, Panorm. in c. conquerente, extr. de cler. nõ resident. & glos. in c. dudum, 2. de elect. in 6. Cùm enim reus beneficij residentiam & seruitium requirat, c. 1. ex. de celebr. Mis. & c. fin. de rescript. in 6. Siquidem datur beneficium, propter officium nec possit clericus in diuersis locis residere & confidendo seruire, patet ex consequenti, clericus possidens plura beneficia, contra Christianam charitatem auferendo victum alijs, diminuendo cultum diuinum, & Ecclesiam debitis obsequijs fraudere, Panor. in c. dudum, extr. de præben. An autem Pontifex super pluralitate beneficiorum dispensare possit? Et eum ex iusta & rationabili causa posse, traditum est. Causa auctoris ista est, nobilitas, & excellentia doctrinæ, virtute & necessitate Ecclesiæ hoc exigente. Nõ enim nobili, quia nobilis est, velut alar canes, equi, accipitres, vel alia voluptati seruiencia conueniunt. plura beneficia conferenda sunt: Nec indocto, ob excellentem literarum peritiam, vt tam splendidiorem ducat, sed considerato bono publico, vt scilicet, vir illustris specimẽ vitæ in ætate ita edat, vt alij eius exẽplo permoti diuinum cultum sectentur ardentius: literatus autem non sibi, sed Ecclesiæ viuat, eiusque utilitatem, quantum fieri possit, ingenij viribus adiuuet, augeat & pro-



& promoueat. Quibus non obseruatis, dubium non est, quin impetrata beneficia etiam ex dispensatione Pontificis, conscientiam impetrantis grauent, isq; Ecclesiastici patrimonij, in explenda cupiditate surrepti, & impiè absumpti, quo indigentes animæ refocillari, vel alij diuino cului dediti & inseruientes alij possent, Deo Optimo Maximo sit rationem exactè redditurus, Panorm. in c. per venerabilem, extr. qui filij sint leg. & notatur in c. consequens, 11. quæst. 3.

### *Qui Effectus?*

1. Est perceptio fructuum beneficij collati.
2. Quòd is, qui contulit beneficium, iure conferendi sit destitutus (quod ad collatū beneficium attinet) nec possit alteri, primo non consentiente, id ipsum conferre: etiam si primus non acceptauerit. Nec sub illa cōditione expressa alteri collatio fieri possit. i. si primus non acceptauerit, c. 2. extr. de elect. c. 2. extr. de concess. præben. & c. pastoralis, extr. de rescript. 3. Effectus est: quòd per collationem factam beneficiato amittatur prius beneficium ipso iure, c. de multa, extr. de præbend. & dig. 4. Acquisitio iurium beneficij collati, quæ vel per electionem vel collationem transferri solent, c. cum dilectus, extr. de iure patro.

### *Quæ Cognata?*

Prouisio, institutio, inuestitura, electio, translatio, postulatio.

### *Quæ Adiacentia?*

Gratiz expectatiuæ, rescriptum, personæ, præ-



*Quæ Contraria?*

Multiplicitas beneficiorum, vitium ipsius, cui beneficium confertur, temporis, intra quod collatio facienda, lapsus, adiectio conditionum in ordinaria collatione, promissio vacaturi beneficij, conferendi pactum beneficio vacante, simonia, diminutio beneficij conferendi, suspensio, excommunicatio, pupillaris ætas, ambiguitas beneficij de facto occupatio.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Si ad Capitulum & Prælatum, ut Prælatum potestas conferendi pertinet, de vno ad alterum, lapsu temporis non transit conferendi ius: secus si Prælatus, ut Canonicus potestatem conferendi habet, tunc enim Capitulum per negligentiam non conferente, collatio ad Prælatum devolvitur, c. postulastis, extr. eod.*

*Promissio beneficij vacaturi non valet, c. ex tempore, extr. eod.*

*Habens potestatem conferendi eandem potestatem conferendi beneficium primum, quod vacabit aliter concedere potest, c. constitutus, extr. eod.*

*Receptio in Canonicum consensu Capituli tenet, Capitulum providere, quamprimum facultas se obtulerit, c. cum super, extr. eod.*

*Beneficia vacantia concedi, vel promitti non debent: & cum vacauerint, concedi debent, intra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, &*  
eod.



contrà deuoluitur collatio, c. nulla, extr. eod.

Si Episcopus & Capitulum habeant potestatem conferendi coniunctim, non potest vnus sine altero nisi in vno subsit impedimentum, conferre, 13. quæst. 2. in principio.

Obstat taciturnitas obtenti beneficij etiam modici, nisi prouisio sit facta motu proprio, c. non potest, de præbend. in 6.

Collatio facta, motu proprio pluribus beneficijs in eadem Ecclesia simul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori, si beneficia sint equalia: ad eū spectat electio, cui gratia est concessa, c. super, extr. de testibus.

Collatio facta ad petitionem alterius ad minus beneficium restringi: Et si sint equalia, eligit, qui aliàs conferrebat, c. in obscuris, extr. de re iud.

Licet collatio beneficij vacaturi non subsistat, tamen Pontifex in beneficijs vacaturis ius tribuit, c. 2. c. relatū, & c. ex tenore, extr. de concess. præbend.

Si clericus, cui mandatur prouideri de beneficio vacaturo, negligat petere præbendam: non poterit postea aliā petere, nisi fuerit in canonicum receptus, c. si clericus, de præbend. in 6.

Habens gratiam expectatiuam, potest acceptare beneficium vacaturum primum vel secundum: certum tamen acceptare non potest, c. 2. extr. eod. & c. detestanda, & c. de captanda, de concess. præbend. in 6.

Rescripto Apostolico dispensatur, super pluralitate beneficiorum: maximè circa sublimes & literatas personas, c. de multa, extr. eod.

Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur: nisi

nisi



Nisi per alium modum, quàm quo tacitè inest in  
facta expressio, c. constitutus, ext. de rescriptis.

Mandati Apostolici fines sunt diligenter custodi-  
di: nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de  
sensu & in praiudicium prouisi, c. cum dilecta, ext. de  
rescriptis.

NE, SEDE VACANTE, A-  
liquid innouetur.

*Titulus IX.*

Continuatio.

**S**Ede vacante, collationis potestas non detur  
Sui tur ad Capitulum, nisi Episcopus cum ep-  
iscopalia iura teneret in conferendo negli-  
gentiam vel moram commiserit. Quia, sede va-  
cante, Capitulum vice Episcopi non fungitur,  
nihil igitur per Capitulum, nisi speciali iuramento  
cessum fuerit, statui debet, c. illa deuotius, ex-  
tr. eod.

*Quæ Sedes vacare dicitur?*

Sedes vacare dicitur, cum Episcopatus, vel a-  
lia dignitas iurisdictionem annexam hærens,  
suo antistite priuatur, c. 1. extr. eod.

*Quot modis Sedes vacare dicitur?*

Duobus verè & interpretatiuè. Verè, vt per  
mortem vel renunciationem antistitis. Interpre-  
tatiuè verò, per hæresim suspensionè, vel excom-  
municationem eiusdem Episcopi vel Prælati, c.  
1. extr. de parœcijs, c. 1. extr. de præscriptio.

Quæ



*Quæ causa Efficiens; vel sine qua non?*

Mors, renunciatio, translatio Episcopi vel Prælati, & censura Ecclesiastica, qua ipse notatus est.

*Quod vacationis Obiectum?*

Episcopatus, aliaq; dignitas iurisdictionem annexam habens, quæ antistite suo destituitur.

*Quæ Forma?*

Vt, vel mortuo antistite verè, vel eiusdem suspensione, vel excommunicatione interpretatiuè sedes vacet, vel eam antistes, vel per resignationem, vel inconsulto Superiori per transitionem ad aliam factam: prorsus dereliquerit, nec alius eius possessionem sit ingressus, c. non liceat, ext. de cler. non residentibus.

*Quis Effectus?*

Quòd, Sede Episcopali vacante, non tenet, quicquid sit de bonis vel causis Episcopatus. Quia Ecclesia fungitur vice minoris, c. 1. ext. de in integr. rest. c. si qua de rebus, 12. q. 2. c. sicut nostris, extr. de iureiu. Ideò, Sede vacante, iudiciũ habitum contra Ecclesiam reuocatur, c. fin. extr. eod. Nec obstat: quòd Capitulum Episcopo demortuo, vel excommunicato, vel alio modo, Sede vacante, succedat in causis audiendis, delegationibus, &c. hoc enim tantũ restringitur ad casus in c. ad abolendam, extr. eod. compræhensos: Vt si non contra Ecclesiam, sed pro Ecclesia eiusq; iuribus tuendis iudicium instituatur, d. c. ad abolendam, & c. vlt. dist. 65.

Pp

Sede



Sede igitur vacante in præiudicium eligendi nisi aliquo iure inueniatur concessū: nihil prius est innouandum, vel de iuribus episcopibus statuendum: ita, vt nec beneficia ad collationem Episcopi, vel Prælati speciātia, possint per Capitulum conferri, c. illa deuotionis, extr. de Nec, bona causæ & negotia Episcopatus disponi & administrari: Vbi tamen necessitas vel utilitas exposcit, potest cōstitui visitator vel procurator, qui causas & negotia Episcopatus procuret, c. obitum, dist. 51. & c. constitutū, 7. q. 1. In autem, vacante Ecclesia, Capitulum potest abire, quos Episcopus viuēs ex cōmunicauit: Respondetur, quod sic, propter periculū animarum, arg. c. cū olim, extr. de maio. & obed. Nec obstat quod dicitur, non transire ad Capitulū, nisi ea sibi specialiter sunt concessa. Cū enim specialiter sede vacante, Capitulo condemnatio non datur, multò magis absolutionē cōcedi non debet. Qui enim potestatem condēnandi, magis absoluedi habet, c. ad abolendā extr. de elec.

## A X I O M A T A.

*Sede vacante, status eius mutari non debet, c. in Vnio Ecclesiarum, sede vacante, per Capitulum non debet, d. c. 1. extr. eod.*

*Sede vacante, iudicium contra Ecclesiam habet aliq̄, actus iudiciales nullum firmitatis robur habent, constitutus, extr. eod.*

*Nusquam inuenitur cautū iure, quod Capitulum vacante Sede, fungatur vice Episcopi, in collatione beneficiarum: Nō enim potest dici potestas conferendi beneficiarum ad Capitulū per Superioris negligentiam, c. de*



ta: Cùm nō fuerit ibi Tuperior, qui eas possit de facto vel de iure conferre, c. illa deuotionis, §. nō obstante, ext. eo.

Cessante causa, cessat effectus, a. g. d. c. illa deuotionis, extr. eod.

Capitulum non fungitur vice Episcopi, nisi in casibus iure expressis, Abb. in d. c. illa.

Vacante sede, licet iudicium contra Ecclesiā acceptum non valeat, valet tamen iudicium contra alios, pro tuendis Ecclesiæ iuribus susceptum iudicium, c. ad abolendam, extr. de here.

## DE HIS, QVAE FIUNT A Prælato sine consensu Capituli.

### Titulus X.

#### Continuatio.

Quæcunque Prælati cum Capitulo communia habet, absq; eius consensu, ea tractare, pro libitu non potest. Vnde potestas cōferendi, si vtriq; cōmunis sit, alter sine altero, illā exercere nō poterit. suprā. ne sede vacan. aliquid &c. Quæ iuris dispositio, nō tātū in beneficiorum collationibus locum sibi vendicat, sed etiā in acquisitionibus obligationū, alienationibus possessionum rerumq; Ecclesiasticarum, demutationibus, & vnionibus, & Ecclesiarum dispensationibus, actibus iudicialibus: vt sunt, iuramenta, confessiones, litis contestationes, &c. Vel actibus extraiudicialibus: vt sunt, omnes contractus, vel quasi contractus, scilicet emptio, venditio, locatio, cōductio, emphyteuseos cōstitutio, alijq; omnes, quibus alienatio, vt iusto titulo, inni-



innititur. Denique etiam delictis, vel quasi delictis attenditur, c. 1. c. tua nuper, extr. eod. & Habitans. §. in quibus, hoc tit. In alienationibus tamen ad tempus factis per Prælatum tacite curritus Capituli, pro cōsensu habetur: & proculdubio si rati habitio postea subsequatur, cōsensus ab initio accessisse videbitur, c. 2. & c. 3. ext. eo. In rebus tamen modicis, & inutilibus alienandis, nec non feruis fugitiuis, expressus, vel etiam tacitus Capituli consensus non desideratur, c. terrulas, 11. q. 2. & c. casellas, 10. q. 2.

DE HIS, QUAE FIUNT A  
maiori parte Capituli.

*Titulus XI.*

**V**ice versa, Capitulum, licet habeat res & negotia Ecclesiastica administrandi & tractandi potestatem, non tamen ad deliberandam, ut in ijs, quæ vel incremento, vel damno Ecclesiæ cedere possint, Episcopi, vel Superiori prælati non requirat consilium & auctoritatem. Si igitur in rebus Ecclesiæ constituendis collegiati clerici in diuersas eant sententias, maior pars statuit, nisi minor ex euidenti ratione contradicat, amplectendum est, c. 1. 2. extr. eod.

Maior pars autem attenditur non tantum circa numerum, verum etiam circa iudicij & mentis integritatem, c. sicut in electionibus, extr. de electionibus. Vnde maior etiam dicitur pars, quæ maiori nititur ratione, c. sana, dist. 3. & c. multi, dist. 11. Sciendum etiam, et si maior pars



pars propriè fit, quæ sanior & numerosior: tamè si plures vnanimiter consenserint, & alij numero pauciores contradicant, eousque pro maiori numero præsumitur, donec contrarium probeatur: minor igitur pars iustam contradicendi rationem allegans auditur: quam si coram Superiore probauerit, eius sententia, quasi sanior & utilior, etiam maioris partis opinioni præualet, c. dudum, extr. de elect. c. illud, 23. distinct. c. interposita, c. constitutus, & c. vt debitus, extr. de appellat.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA sine diminutione conferantur.

*Titulus XII.*

**C**oncilio Lateranensi prohibitum est, ne quis conferendo Ecclesiasticum beneficiũ, partem prouentuum suis vsibus retinere præsumat: quia beneficia Ecclesiastica, absq; diminutione sunt conferenda. Quod tamen ita distinguendum censet Innocentius III. c. vnico, §. vnde credimus, extr. eod. Aut collator percipit fructus ante collationem: aut post. Si post, dubium nõ est, quin simoniaca prauitas intercedat: si verò ante collationem percipiat prouentus, distinguitur: vtrum ante donationem constituat, vt ipsi prouentus retineatur ad tempus, pro causa iusta & necessaria: aut conueniat cū eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunq; vt officio illo concesso retineat ipse sibi prouentus.



598 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
tus. primum, inquit Innocentius, licitum est al-  
terum, ne via cōmuni cōmittendæ simoniæ ap-  
riatur, prohibetur, d. c. vnico, ext. eo. c. prohibe-  
mus, ext. de censib. Pari ratione Tutonenſi Con-  
cilio cautū est, ne beneficia conferenda diuidan-  
tur, c. maioribus, extr. de præben. nisi præbenda  
adeo diues sit, vt eius annui redditus plurimum su-  
stentationi sufficiant, c. vacante, extr. de præb.  
Alias nec electio duorū, vel pluriū, ad vnā præ-  
bendam, vt, ea dissecta, fructibus in pares por-  
iones potiantur, vel alter expectet, donec alius va-  
cabit, iure subsistere poterit, c. maioribus, ext. de  
præbend. & ibi per Abba. & alios Dd.

DE REBUS ECCLESIAE A-  
lienandis, vel non,  
*Titulus XIII.*  
Continuatio.

**A**lienatio rerum Ecclesiasticarum regu-  
liter interdicitur: siue Prælati, siue Cap-  
tulum, siue quidam ex Capitulo, siue Pa-  
latorum auctoritate, res Ecclesiæ distrahan-  
tantum, vt alienatores, nisi res restituantur,  
communicationis sententiam incurrant, c.  
quis, ext. eod. Possunt tamen ex causa alienari  
vt infra patebit.

*Quid est Alienatio?*

Alienationis vocabulum est generale, con-  
nens omnes actus, quibus rerum dominia trans-  
feruntur, l. alienatus, ff. de verb. sign.



*Quotuplex Alienatio?*

Duplex, propria & impropria. Propria dicitur, actus, quo dominium tam directum, quam utile, transfertur. Sic accipitur in l. alienationis, & l. alienatum, ff. de verbor. signifi. Impropria alienationis appellatione continetur actus, quo non directum dominium, sed utile, vel ius aliquod in re constituitur. Unde alienare etiam dicitur, qui bona sua in emphyteusin concedit: vel qui in ijs ius hypothecæ constituit, l. fancimus, C. de reb. alien. non alienan. Accipitur igitur hoc titulo generalissimè, vt tam ad translationem, dominij, quam iuris alicuius constitutionem referatur. Dicitur enim in c. nulli liceat, extr. eod. alienationis verbum continere venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, emphyteusin, & omnem conventionem, per quam dominium transfertur, Abb. in c. 1. de his, quæ fiunt à Præla. sine consen. Cap. & Paulus II. in extrauag. ambitiosæ, eod.

*Quæ causa Efficiens?*

Causa efficiens est, Episcopi autoritas, accedente maioris & sanioris partis Capituli consensu, vel etiam interdum Summi Pontificis consilio, & e contra, c. alienationes, & c. monemus, 12. quæst. 2.

*Quod Subiectum?*

Pontifex, Episcopus, Capitulum; quilibet Prælatus, & Collegium.

Pp 4

Quod



*Quod Obiectum?*

Quæuis res Ecclesiastica, mobilis, siue immobilis, cuius alienationem utilitas, vel necessitas, vel quæcunq; alia iusta causa suadet, c. aurum, & terrulas, c. Apostolicos, 12. q. 2.

*Quæ Forma?*

Hodie de iure Canonico alienatio rei Ecclesiæ requirit aliam solennitatē, quàm quæ in iure est iure civili, per auth. hoc ius porrectū, de sacrosanct. eccles. Cū requiratur forma tradita in c. sine exceptione, 12. q. 2. & in c. 1. cum glo. de reb. eccles. non alienan. in 6. teste Bart. in d. auth. hoc ius porrectum. Scilicet, vt consensu totius cleri, vel maioris & sanioris partis, vel Episcopi autoritate, accedente summi Pontificis autoritate, & Capituli consensu, eorundemq; subscriptione, rei Ecclesiasticæ alienatio, ob legitimam causam fiat, sitq; ea Ecclesiæ utilis, & non damnosa. Ex his nota, ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requisita: 1. Enim requiritur consensus totius Capituli, & dicitur consensus totius Capituli, si maior & sanior clericorum sententia accesserit, c. Ecclesiæ, extr. de elect. c. de nationes, 12. quæst. 2. 2. Eiusdē Capituli prohibitionis tractatus, instrumento desuper, per tabulationem confecto, & subscriptionibus confirmatus, c. non liceat, 12. q. 2. & c. 1. eo. tit. in 6. c. sine exceptione, 12. quæst. 2. Dd. in l. iubemus, §. cetero nomus, C. de sacrosancta Eccles. 3. Quod alienatio rei Ecclesiasticæ fiat ab Episcopo, eius autoritas non sufficit: nisi accesserit Summi Pontificis licentia, & Capituli consensus, c. 2. eo. tit. in 6.



in 6. nisi res sint modicæ & exigui præcij, vel necessitas alienationem suadeat, c. terrulas, 12. q. 2. 4. Requiritur, vt res ad Ecclesiam pertineat, nam si alterius esset, alienatio non subsisteret. Nec interest, an sit res mobilis, vel immobilis, temporalis, pro sustentatione clericorū destinata, an sacra: quia etiā ob summā pietatē & necessitatem, tempore videlicet famis, & pro redemptione captiuorum, vasa sacra alienari possunt: sacra enim Ecclesia aurum, testante Ambrosio, in libro de Offi. non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus, c. aurum, & c. Apostolicos, 12. quæst. 2. 5. Requiritur, vt legitima vel probabilis alienationis causa subsit. sunt autem variæ alienandi causæ probabiles: prima causa necessitatis: vt si ære alieno ita sit grauata Ecclesia, vt illi distrahendo fructus vel redditus non sufficiant, c. hoc ius, porrectum est, 10. quæst. 2. 2. causa pietatis, vt pro captiuis redimendis, vel succurrendo, indigentia & calamitatibus pauperum, tempore famis, c. cum redemptor, 12. quæst. 2. c. gloria, & d. c. aurum, 12. quæst. 2. 3. causa vtilitatis: vt si res distrahantur, quæ seruando seruari non possunt, vel si ea magis oneri sint Ecclesiæ, quàm emolumento, vel si vineæ, agri, & huiusmodi generis possessiones, sint nimis procul sita, nec possit Ecclesia ea commodè colere, hac ratione alijs vel ad tempus locari, vel in perpetuam emphyteusim concedi, vel si potiùs Ecclesiæ expediat, distrahi possunt, c. sine exceptione, 12. q. 2. c. ad aures, ext. cod. c. terrulas, 12. q. 2.



*Quæ causa Impulsua?*

Necessitas, pietas, vtilitas, maxima incommoditas, & æquitas.

*Quis Effectus?*

Si alienatio ex iusta causa fiat, est translatio domini, vel constitutio iuris, ex quo possidet rem Ecclesiasticam, actio & exceptio ex multis & varijs causarum figuris proficiscentes concluduntur. Quod si autem nulla alienandi probabilis causa subsit, vel forma superius tradita seruata non sit, vel Ecclesia enormiter læsa sit, effectus est, in integrum restitutio, qua alienatio celebrata rescinditur, c. 1. & c. ad nostram, extr. eod. Qua tamen rescissione opus non est, si læsio in præcio enormissima fuerit, est enim in casu ipso iure alienatio nulla, c. cum dilecti, de empt. & vend. Pœna absque consentiente alienantis est, vt officio priuetur, deponatur, & omne damnum ob id Ecclesiæ illatum restituere compellatur, c. monemus, 12. q. 2. & c. canonicus iniuste subscribens, c. si quis, extr. eod. c. quod sicut, extr. de electio. Pœna autem impientis est, vt rem Ecclesiasticam restituat, & gram cum omnibus fructibus perceptis restituat, sit ab Ecclesia precium solutum repetere, c. pfi, siue sit bonæ fidei, siue malæ fidei possessor, aduersus alienantem conceditur regressus, c. hoc ius porrectum, 10. q. 2. c. ad aures, extr. eod. & c. vulterano, 12. q. 2.



*Quæ Cognata?*

Occupatio: sicuti enim occupatio res nullius subijcit alicuius dominio: ita etiã alienatio ex summa pietate & necessitate facta res sacras (quæ nullius etiam esse dicuntur) alterius dominio addicit, inst. de rerum diuis. Res iudicata, transactio, secuta traditione, præscriptio, vix enim est, vt inquit Paulus, l. alienationis, ff. de verb. sig. vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi.

*Quæ Pugnantiæ?*

Enormis læsio Ecclesiæ, error vel ignorantia Capituli, vel Episcopi, simulatio contractus, cui alienatio nititur, dolus contrahentium, defectus legitimæ causæ, sacrilegium, furtum, violenta inuasio, illicita vsurpatio, c. prædia, c. de viro, c. de rebus, c. precariæ, c. sicut, c. nõ habeti, 12. q. 2.

## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Alienatio rerum Ecclesiasticarum iure non subsistit, & alienatores, nisi rem restituant, excommunicantur, potestque quilibet clericus contradicendo ipsam rem alienatam cum fructibus repetere, c. si quis, extr. eod.*

*Si Ecclesia enormiter fuerit læsa, exemplo minoris, ipsi integrum restitutio conceditur, c. ad nostram, extr. eod.*

*Alienatio rei Ecclesiasticæ, sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, non tenet, licet approbetur, per constitutionem laicorum, c. cum laicis, extr. eodem.*

Cui po-



Cui potestas rei alicuius disponenda conceditur, ipsam distrahere vel dilapidare, non debet, c. capla, 10. quest. 2.

*Alienatio, quæ cedit in detrimentum Ecclesie, valius est momenti, c. ea enim, 10. q. 2.*

Qui Christi pecunias & Ecclesie aufert, fraudat et rapit, ut homicida in conspectu iudicis reputabitur, qui Christi, 12. q. 2.

Summum in rebus bonum est, iustitiam colere, ac suarumque iura servare, & in subiectos non sinere quod potestis est fieri, sed quod æquum est, custodire, c. si seculi, 12. q. 2.

Vasa sacra pro redemptione captiuorum licentiam nantur, c. & sacrorum, & c. sacrorum, 12. q. 2.

Aurum habet Ecclesia non ut seruet, sed ut emerget subueniat in necessitatibus, 12. q. 1. c. aurum.

Ex causa necessitatis vel utilitatis rerum Ecclesiarum alienatio conceditur, c. sicut, & c. terrulani, 12. q. 2.

## DE PRECARIIS.

### Titulus XIII.

#### Continuatio.

**E**X modis alienandi videtur esse præcario. Quia non tantum dominij alienationem, verum etiam contractus; quibus res alteri conceditur, vel ius in ea constituitur præhendit. Ideo non tantum permutans, verum alioque modo dominium transferens, sed & is, qui hypothecæ vel pignori dat, vel rem utendâ alteri permittit, quodammodo alienare dicitur, c. non alii, extr. de reb. Eccles. & l. sancimus, C. de reb. alien. non aliena.



*Quid est Precarium?*

Precarium, teste Vlpiano, est, quod precib<sup>9</sup> vtē dum petenti, conceditur, tamdiu, quoad is, qui concessit, patitur, l. 1. ff. eod. & c. 3. extr. eod.

*Quomodo differunt Precarium, Precaria, & Precaria?*

Precaria, quam Iustinianus in Nouel. 7. et 120. vocat vsusfructus concessionē, est tēporalis quędam præstatio, quę ab Ecclesia conceditur homini vsq; ad mortem. Et, cū sit personalis, nō trāsit in hæredes, nec pro concedentiū voluntate vt precariū reuocatur. Nisi irrationabiliter, et in detrimentū Ecclesię fit facta, c. de precarij, 10. q. 2. Quomodo autem hic precarię contractus constituitur? vide c. præcarię, 10. q. 2. Præcarię autem est contractus, qui vltra vitam accipientis protēditur & in hæredes transit: ita tamen vt de quinquennio in quinquennium, secundū auctoritatem & antiquam cōsuetudinem renouetur. De quo habetur in c. 1. extr. eod. & c. præcarię, 10. q. 2. & apud Hostiens. in §. Re magis, hoc tit. & c. fi. extr. eod. Precarium autem vtendū conceditur, quandiu patitur qui concessit. Et licet soluatur obitu eius, qui concessit, non tamen obitu concedentis: nisi concedere vlteriū noluerit, c. præcarium, extr. eod. quo à precarijs differt, quę quādoque de Ecclesiarum possessionibus fieri solēt. Et non sunt pro voluntate concedentium reuocandę, d. c. præcarium, §. porrò, extr. eod.

*Qua causa Efficiens?*

Est ius gentium causa remota, sed propinqua est

est



est, voluntas concedentis, siquidē precariū, ut voluntatē concedentis regulatur; tamdiu, n. p. dū videtur concessum, quandiu is, qui concedit, voluerit, quod genus liberalitatis ex iure gentium descendisse, testatur Vlp. in l. 1. ff. eod. Est enim natura æquum tamdiu te liberalitate mea uti, quā diu ego velim: & ut possim reuocare, cum mitto uero voluntatem, l. 2. ff. eod.

*Quæ causa Precariorum?*

Petitio vel preces petentium precariū. Habet .n. precario videtur, qui possessionē vel corporis, vel iuris, adeptus est: ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit, et impetrauit, ut sibi possidere vel uti liceat, l. ait prætor, §. habere, ff. eod.

*Quæ Materia?*

Res mobiles, immobiles, corporales & incorporeales. Quia precario habere etiam ea, quæ nature consistunt, possumus: ut sunt seruitutes, de i. l. & habet, l. veluti, & l. in rebus, ff. eo. Sed in propria precarium non consistit, l. 4. ff. eo. quantum ad proprietatē, sed quantum ad usum possessionis seu detentionis bene consistit: ut si rem manumbeas, obligatā, l. certè, §. fin. & l. si debitor, ff. eod.

*Quæ Forma?*

Ut concedens, retento directo dominio, et certi temporis præfinitione, per epistolam precium, vel coram permittat petenti, rei, alius mobilis, immobilis, corporalis, vel incorporalis possessionē & usum non quidē certum sed tantū. precarium .n. vel inter præsentēs, vel inter absentes, veluti per epistolam vel nunciū, constitui potest, absq; certo tempore, sed quandiu is, qui



concedit, voluerit. Si tamé de certo tépore inter  
 contrahentes conuentū fuerit, illud tempus at-  
 tenditur. Cūm ex conuentione partium contra-  
 ctus legem accipiant: modò intelligamus, si fini-  
 to tempore, dominus patiatur accipienté possi-  
 dere, quòd rursus videatur precario concedere,  
 l. in rebus, §. item qui, ff. eo. Secus in cōtractu pre-  
 cario, quo cōuentionis genere res immobilis sub  
 annua pensione in perpetuū, vel ad certum tem-  
 pus, cōceditur, cum pacto renouationis, de quin-  
 quennio in quinquenniū, aut aliud tempus secū-  
 dūm morem conuentionis, c. 1. & c. fin. extr. eod.  
 c. precariæ, 1. & 2. 12. q. 2. & Panor. in d. c. 1. extr.  
 eod. Nec precarij constitutione proprietas, sed tā-  
 tūm vsus ipsius rei & possessio, vel quasi, trāsfer-  
 tur, l. precario concessio, l. ait prætor, §. habere in  
 verb. qui possessionem, ff. eod.

*Quis Finis?*

Vt communicato rerum vsu cōmunibus vitæ  
 necessitatib⁹, in hac ciuili societate subueniatur.

*Quis Effectus?*

Effectus est, vt ait Vlp. in l. 2. ff. eod. interdictū  
 de precario, quod restitutorium est, & naturalē  
 habet in se æquitatem, & condictio incerti,  
 hoc est præscriptis verbis actio, quæ ex bono &  
 æquo in perpetuum datur ei, qui precario cōcef-  
 sit, siue domino, siue non domino, eiusq; hæredi-  
 bus, aduersus eum, qui precariū habet, id est, de-  
 tinet, eiusq; hæredes. Quia actio est rei persecuto-  
 ria in id, vt res restituatur, aut si res restitui ne-  
 quit, fiat condemnatio intantum, quanti Acto-  
 ris interest, rem restitui, cum omni causa, post  
 litem contestatam, l. quæsitum, ff. eo, & l. 2. C. eo.

*Quæ*



*Quæ Affinia?*

Mutuum, donatio, commodatum, depositum, emphyteusis. Conuenit enim precarium cum mutuo, donatione, & commodato. Quia genus liberalitatis est, d. l. 1. ff. eod. Distat autem à donatione et mutuo. Quia hæc dominium transferunt: at illud non dominium, sed usum, vel possessionem, transferunt. Et quod precario datum est, repeti potest, licet donatio traditione perfecta reuocari nequeat. l. repetendi, C. de donat. ob causam. Et quamuis in his cum commodato conueniat, differunt ab eo: quia commodatum ciuilitè obligat, et ad certum usum, certumque tempus, vel expressum vel tacitum, datur: precarium autem neque ad certum usum, neque ob certum tempus constituitur. Discrepat & alio modo: quia in commodato, dolo, culpa, & custodia, venit, in precario autem dolo & lata culpa tantum: in quo precarium cum deposito conuenit, cum depositarius de dolo & lata culpa tantum teneatur; imputet enim in deposito, quod res suas penes parum diligenter posuerit, Dd. in l. quod Nerua, ff. de posit. & de comodato, & c. bona fides, extr. de deposit. Cum precarijs etiã commune quid habet emphyteusis, quo ad utilis dominij translationem: ab emphyteusi contractus hic aliter differretur, quàm quod in precarijs semper patet de renouando, de certo tempore in tempus. Et hoc ideo, ne temporis diuturnitate contractus memoria pereat, c. longinquitate, 12. q. 2. & Paul. in d. c. 1. extr. eod.

*Quæ Adiacentia?*

Beneuolentia concedentis, petitio accipientis



legitima cōcessionis ratio, c. de precarijs, ext. eo.

*Quæ Pugnancia?*

Mutata voluntas domini, nolentis rem vltério precario concessam esse, mors eius, cui cōcessum est: non autem concedentis. Alienatio facta per accipientem, absque domini consensu, c. fin. ext. eodem, l. cum precario, ff. eod.

DE COMMODATO.

*Titulus XV.*

Continuatio.

**D**iscrepat commodatū à precario: quòd hoc ad incertum vsum & tempus regulariter cōceditur, illud autem ad vsum & tempus certum. Quæ si secundum conventionis legem à commodatario non fuerint obseruata, furti delictum committitur, l. cum precario, ff. eod. & §. furcum autem, insti. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.

*Quid est Commodatum?*

Commodatum est contractus, qui re contrahitur, & dicitur alicuius rei ad certum vsum gratuita facta concessio, vt eadem species, & nō alia eiusdem generis nobis reddatur, l. rei commodata, ff. eod.

*Vnde dicitur Commodatum?*

Commodatum dicitur, quasi commodo vtenis datum: vnde si intemptiuè reuocetur, tenetur reuocans contraria commodati.

*Q 1*

*Quæ*



*Quæ est causa Efficiens?*

Contrahentiū consensus & interuētus rei: unde, qui legitimū cōsensum accōmodare nō possunt, nequaquā cōmodati tenētur, nisi quatenus facti sunt locupletiores, l. 1. 2. & 3. ff. eo. Ecclesiasticæ etiā personæ, quibus administratio cōmittitur, idē cōmodare possunt: quia tenētur pro posse necessitatibus hominum subuenire. Efficiens. in tit. de postul. §. quid pertinet, ver. fidei honor. Itē fur & prædo, l. ita & fur, ff. eo. Reinteruētus etiā dicitur causa efficiens. Quia hoc cōmodati cōtractus rei interuētū perficitur, ut in is cui, instit. quibus modis re contra. oblig.

*Quæ Materia?*

Res mobiles, immobiles, se mouētes, & res in iure consistunt, vt seruitutes. Excipiuntur, quæ in genere functionem recipiunt, & ipsæ consumuntur, in quibus non cōmodatur, quantum vsum rei cōmodatæ, salua eius substantia, præbet, sed mutuum consistit, nisi fiat ad usum, & ostentationem: vt si quis commodat accipiat pecuniam non vt consumat, sed vt appareat diues, l. 3. §. fin. ff. eod.

*Quæ Forma?*

Vt res cōsistens in specie, vel iure præscripto fine, & modo vsus, ad certum tēpus gratia vtēda tradatur: ita, vt dominiū & possessio commodantē remaneat, d. l. 3. ff. eo. l. rei, ff. eo.

*Quis Finis?*

Finis est, ipse vsus, cuius gratia res cōmodata est, c. vnico, ext. eo. De in: vt eo cōmodatarius adiuuetur, cū nō decipi nos beneficio, sed adiuuare oportet.



LIBER TERTIVS.

611

oporteat, vt ait Gregorius IX. in d. c. vni. ext. eo.

*Quis Effectus?*

Actio commodati, quæ duplex est, directa & contraria. Directa datur commodanti. & eius heredibus contra commodatariū, & eius heredes, qua petit restitutionē, non tantū rei cōmodatæ, verū etiā, omnium accessoriorū, & quicquid ex re fructus, vtilitatisq; quocunq; tempore obuenit, l. si vt certo, §. vsque adeo, ff. eod. Quæ si nō restituuntur, iuratur cōtra contumacē in litem, vt in ceteris bonæ fidei iudicijs, l. 3. ff. eod. contraria aut datur commodatario, eiusq; hæredibus, contra cōmodantem, & eius heredes, ex triplici capite. Primò, si eū impediatur vti re commodata, vel ante vsum expletum, vel tempus præfinitū eam auferat, l. in cōmodato, & l. rem mihi, ff. eo. Secūdo, si ob vitiū rei, quod cōmodator celauit damnum passus fuerit: vt si vasa vitiosa, in quibus vinum infusum corrumpetur, commodauerit, l. in rebus, §. possunt, ff. eod. Tertio, si sumptus in re cōmodata fecerit, vltra q̄ ipsū sufferre dictate naturali ratione oporteat, d. l. in rebus, §. possunt, ff. eod.

*Quæ Affinitas?*

Mutuū, & precariū. Quomodo precariū à cōmodato differat? superiori titulo dictū est. Nūc quomodo à mutuo distet: videam: 1. Distat quod mutuū tantū in rebus fungibilibus, cōmodatū autē in ijs, q̄ vsu nō consumuntur, cōsistat. 2. Quod in mutuo transferatur dominiū, l. 2. ff. si cer. pet. Rei verò cōmodatæ dominiū & possessionē retineamus, l. rei commodatæ, & l. seq. ff. eod. 3. Ré mutuo damus, vt nō eandē sed aliā eiusdē generis

Q. 2

con.



consequamur: Commodato, vt eandē. 4. Mutu-  
tario res perit: quia dominus est, Dd, in l. nō on-  
nis, ff. si cer. Nec casu fortuito liberatus, l. ince-  
dium, C. si cert. petatur. Commodatarius autem  
vim maiorem, quam Græco *βίη βία* appellant, nō  
præstat. Nec interitum, vel damnum rei casu for-  
tuito contingens, l. ad eos, l. argentum, ff. eod. de  
modò nō ipsius culpa casus interuenerit, vel per  
pactum in se non receperit, vel in mora non tra-  
sit, vt ait Gregorius I X. in c. vnico, extr. eod.

*Quæ Adiacentia?*

Culpa latissima, lata, leuis, & leuissima. Nec  
commodatarius etiam de leuissima culpa res-  
tituitur, cum sui tantum gratia commodatum  
perit, c. vnico, extr. eod.

*Quæ Pugnancia?*

Reuocatio rei commodatæ, per dominante  
te vsum expletum facta, merces, commodatum  
enim debet esse gratuitum, aliàs si merces  
uenit, transit in contractum locationis, &  
& certi modi rei vtendæ præscripti transgreditur.  
Qui enim præfinitum in re commodatam  
transgreditur, furtum committit.

DE DEPOSITO.

*Titulus XVI.*

Continuatio.

Sicut res retenta, eius proprietate & posses-  
sione ad vsum commodatur: ita etiam ad custodia  
vt defensione boni amici salua permaneat, depo-  
nitur.



*Quid est Depositum?*

Depositum est, quod custodiendum alicui datum est.

*Vnde dicitur?*

Depositum dictum ex eo, quod ponitur, quasi seorsim positum; præpositio enim, De, auget, ut ostendat totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet, l. 1. ff. depositi.

*Quotuplex Depositum?*

Triples: sequestratio: qua res litigiosa deponitur apud sequestrum, & retineat, donec ex causæ cognitione constet, cui debeatur, l. licet, ff. depositi, de qua supra, de sequest. Secundum depositum est: quod fit in loco publico, ad impediendas vsuras, creditore recusante accipere pecuniam sibi à suo debitore oblatam, l. accepta, C. de vsu. Tertium depositum simplex, quod custodiæ tantum causa apud amicum fit: ita, ut dominium & possessio penes deponentem maneat, & possit rem depositam quandocunque voluerit reuocare, c. bona fides, extr. eod.

*Quæ causa Efficiens?*

Causa efficiens depositi remota est, ius gentium: propinqua autem consensus contrahentium, & rei interuentus, l. 1. ff. de act. & oblig.

*Quæ Materia?*

Res mobiles, & se mouentes, & res etiam fungibiles, licet enim in deposito hoc potissimum agatur, ut eadem species restituatur, intantum, ut si depositarius rem depositam in vsu suum conuertat, absque domini permissione, furti tenetur

Q 9 3

neatur



614 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
neatur, §. furtum, instit. de oblig. quæ ex deli. no-  
scuntur, tamèn si contrahentes aliter conveniãt,  
lex contractus servabitur, vt ait Papinianus in  
l. Lucius Titius, & l. 1. §. si conuenit, ff. eod.

*Quæ Forma?*

Vt depositario res mobilis, vel se mouens tra-  
datur, hac conditione, vt remanente penes depo-  
nentem proprietate, & possessione, eã gratis cu-  
stodiat, & domino quocunque tempore repositi  
ti, restituat, l. 1. & l. Lucius Titius, ff. eod.

*Quis Finis?*

Finis est, vt res ipsa seruetur apud alium, qui  
nos custodire commodè non possumus.

*Quis Effectus?*

Actio depositi, quæ est ciuilib, bonæ fidei & per-  
sonalis: & duplex, directa et cõtraria. Directa est  
qua deponens agit aduersùs eũ, vel eius hæredes,  
apud quẽ res deposita est, vt eandẽ rem non dete-  
rioratã, cum omnib⁹ accessionibus restituat, l. 1.  
§. q̄ depositio, ff. eod. Cõtraria autẽ est, qua depo-  
sitaris aduersùs eũ, vel eius hæredes, qui re depo-  
sita, vt quicquid in re deposita tuẽda, vel afferen-  
da bona fide impenderit refundat, l. 5. & l. aban-  
ne, ff. eod. in qua etiam venit interesse, & iuratur  
in ea in litem. Non tamen est famosa. Quia  
riã actiones, non infamant, §. ex quibus dicitur  
de pœna temerè litigan. Est depositum priuile-  
giatum, quod contra ipsum compensatio regula-  
riter non admittitur, l. compensationes, C. de co-  
pensat. & c. bona fides, extrã, eod.

*Quæ Affinia?*

Cõmodatum: vt. n. ita cõmodatũ etiam depõ-  
situm est



tū, est gratuitū, & in vtroq; eadē species restitui debet. Et mandatum, quod etiam gratuitum est: Et precarium, in quo tantū lata culpa & dolus venit, vt in deposito: vide suprā de precario.

*Quæ Adiacentia?*

Dolus & culpa, q̄ dolo æquiparatur. Non autē leuis vel leuissima culpa, vel fortuitus casus. Excipiūtur tamē quidā casus, quibus depositarius etiā de culpa tenetur: 1. Si se deposito obtulit. 2. Si aliqd pro custodia recepit; pacto verò culpa, vel mora præcedētibus, etiā casus fortuitus imputatur, vt notatur in c. bona fides, extr. eod.

*Quæ Pugnancia?*

Merces: quia depositū debet esse gratuitū, vsus rei depositæ, inuito domino, quo casu furtū cōmittit depositarius, vt suprā, cōpensatio, vt ait Grego. IX. in c. bona fides, extr. eod. Depositori licet pro voluntate sua depositum reuocare, cōtra quod cōpensationi vel deductioni locus nō est, vt contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiā minimē referatur, licet cōpensatio admittatur in alijs, si causa ex qua postulatur, sit ligda, ita q̄ facile exitū credatur habere, d. c. bona fides, ex. eo.

DE CONTRAHENDA EM-  
ptione & Venditione.

*Titulus XVII.*

Continuatio.

Contractuū alij sunt gratuiti, alij quæstuarij, iuxta Arist. li. 1. politicorū, cap. 6. Gratuiti sunt precarium, commodatum, depositum, Quæstua-

Q 4

rij au



616 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
rij autē, emptio, locatio, permutatio, & alij  
datū, scilicet societas, &c. Inter quos vfitatio  
vtior est emptio, vfitatio quidem: quia nō  
lebat olim alienatio fieri, nisi emptionibus in  
positis, vt indicat Alc. lib. 3. parerg. cap. 22. Vnde  
& emptionis nomine solet contineri quęlibet  
alienatio, l. statu liberi, ff. de statu libe. Vtior  
tem, quia mercatus præcipuè sustinetur emptionibus  
& venditionibus.

*Quid est Emptio?*

Emptio est, contractus nominatus, quo per  
sensum obligatur emptor ad dandū præcōm  
ditor aut ad tradendam rem venditam & cau  
nem euictionis præstandam, l. iuris gentium  
de pactis, & l. Iulianus, ff. de act. emp.

*Quæ causa Efficiens?*

Causa efficiens remota est, ius gentiū: proprie  
aut est cōtrahentiū consensus. Vnde error in  
pore vel materia rei veditę vitiat contractū  
vditionibus, l. alioquin, ff. eo. Nihil, n. tā  
riū consensui est, quā error, l. nihil tā, ff. de

*Quæ Materia?*

Præteritium & merx: cuius appellatione con  
tur oēs res corporales & incorporales: quę  
mano cōmercio subijci possunt. vnde res  
etæ, religiosæ vendi prohibentur: quia nullę  
nis sūt, l. & liberi hominis, ff. eo. & c. sacra  
res, extr. de reb. Eccles. nō alienand. ob id em  
taliū rerum non valet, vt in emptorem  
eat dominium, valet tamen vt actione ex  
venditor teneatur, ad id, quod interest,  
officij, ff. eodem. Pariter se res habet



libero homine, cūm aduersūm hominis liberi fortunam quærere, nec ciuile, nec naturale fit, d. l. & liberi, & l. inter stipulantem, ff. de verb. oblig. Potest autem pater necessitate famis vendere filium pro certo precio, quo restituto, vel à filio reddito, vel alio quocunq; præstato filius ingenuitatem recuperat, l. 2. C. de patri. qui fil. suos diftrax. Mater autem, quæ filium in potestate nō habet, vendere nō potest, Hostiens. in §. & de quibus, eod. tit. nec veneni mali, quod nō potest esse vsui, aliqua permixtione, nulla est emptio, secus si mixtum conferat, l. quod sæpè, §. veneni mali, ff. eod. Nec propriæ rei: cūm quod semel meum est, ampliùs meum fieri non possit, quòd si tamē ignoranter emptio fiat, indebiti competit conditio, quia nulla obligatio fuit, idem est in re cōmuni pro mea parte, sed si vsufructuarius rememat, in qua vsum fructum habet, ratione vsufructus vel possessionis, dimīnuitur vsufructus, l. suæ rei, ff. eod. Nec res litigiosæ, & lites vendi possunt: Nisi secundūm præscriptam formā, in l. per diuersas, cum ll. sequen. C. mandati. Et licet venditio sine re fieri non possit, l. nec emptio, ff. eod. Vnde, nec res extincta, domus exusta, vel animal demortuum, venditur, l. domum, ff. eod. Tamen res ita intelligitur, siue existat, siue non existat, probabiliter tamē futura speretur. nam fructus futuri, qui in rerum natura nondū existunt, captura piscationis, & similia rectè venduntur, l. nec emptio, eod. l. si actum, ff. de actio. emp. & l. nam hoc modo, ff. de hære. & act. vend. Inter hæc tamen interest. Emptioni enim pisciū, vel mīssilium non inest cōditio, vt in fructibus futuris,



futuris, si nascantur: sed est pura emptio, videlicet, spei, quæ quidem spes fungitur loco mercis, d. l. si iactum. ad eod. ut, etsi nihil capiatur, emptio teneretur ad præciũ: sed in futuris fructibus locus est. Quare si omninò fructus non nascantur, & empti sunt, qui in hoc fundo nascantur, condicitur præcium. Quid autem, si fructus dimidiæ parti præcij non respondeant? Et non succurritur, ex beneficio l. 2. C. de rescin. vend. Quia hæc inæqualitas sustinetur, propter dubium eventum fructuũ; cum potuerint etiam tam vberesse, ut præcij quantitatem longè excederent. In lege, C. de usuris, siue res illa sit vendentis propria, siue aliena, quia venditor non ad transferendum dominium, sed tradendam rem, tenetur, cum ipsum euictionis nomine obligari solent, at, l. rem alienam, ff. eod.

*Quæ Forma?*

Ut contrahentes, inter præsentis, vel ab absente per nuntium, vel epistolam, in scriptis, vel in scriptura, sine arrhis, vel arrhis interuenientibus, de certo præcio in pecunia numerata tradenda re vendita conueniant. Tria autem sunt, ex quibus emptionis substantia consistit, videlicet, præcium certum in pecunia numerata, quæ veneat, & consensus in idem corpus, res eandem & in eadem rei materiam substantiam, l. 1. & d. l. in venditionibus, ff. eod. Verum ut substantiam vel perfectionem emptionis non requiritur scriptura: si tamen expressim actum est inter emptorem & venditorem, ut non valeat contractus emptionis, sine scriptura, absque



absolutionem scripturę, non dicitur contractu perfectus, aded, vt & pœnitentię sit locus, nisi ad probationem emptionis post contractum scriptura accedat, nec datio arrharum requiritur: si tamen interueniunt, distinguitur. Aut datur initio cōtractus, ante tamē eius perfectionē: aut post contractū consummatū & perfectū datur arrhę. Priore casu arrha est quasi pœna, q̄a coercendi vim habet. Nā qui arrhā dedit, si à cōtractu inchoato discesserit, amittit arrhā, & versa vice duplicatas arrhas reddit, qui arrhas accipit, & recesserit, l. cōtractus, C. de fid. instr. Posteriore casu arrha est quasi pignus & simbolū seu argumentū cōtractūs iā pridē consummati, l. q̄ s̄apē, vers. sed Vt euidentius, ff. eo. Vnde quemadmodū, soluto debito, creditor restituit debitori pignus, l. si rē, ff. de pig. act. ita venditione impleta, venditor restituit emptori arrhā. Circa hoc tamen ita distingue: aut arrhę nomine data est species, aut pecunia: si species, post contractū impletū, emptor repetit speciē, actione ex empto, vel cōditione sine causa, l. exempto, §. illud, ff. de act. emp. Si verò pecunia arrhę nomine data est, nihil repetitur, sed arrha imputatur in pecunia, vt not. Accurs. in l. 2. C. quādo lici ab emp. discedere, & est tex. in l. si. ver. reliquę pecunię, ff. de lege cōmissio. Potest etiā emptio tā purē, q̄ sub cōditione celebrari ante cuius existentiā ipsa effectū non sortitur, §. emptio, inst. eod. Quò fit, vt si res vendita, intra id tēpus intereat, perimatur emptio, quemadmodū & stipulationes, legataq̄ cōditionalia, nō existente cōditione, perimuntur, l. necessariò, §. q̄ si pēdente, ff. de pen. & com.

Quis



*Quis Finis?*

Necessitas & utilitas humana, quibus hoc rei commutandorum genere succurreretur. Est enim hic contractus, sicuti alij omnes, ex indigentia natus, cum, ut ait Paulus, in l. 1. ff. eod. frequens esset permutationis contractus, idè tamen non ad eò necessitati & commoditati humane conueniens, quia non semper nec facile contingebat, ut tu haberes, quod ego desiderarem: & vicissim ego haberem, quod tu accipere velles: inde electa materia est, cuius publica atque perpetua estimatio difficultatibus permutationum exactitate quantitatis subueniret, vnde emptio introductæ origo & causa colligitur, d. l. 1. ff. eod.

*Quis Effectus?*

Effectus huius contractus sunt, parere obligatione: ex qua duæ dantur actiones, puta actio ex empto, & actio ex vendito. Actio, ex empto traditur emptori, ut tradat rem venditam corpoream cum fructibus & accessorijs, vel, ut quasi tradat rem incorporealem emptam: hoc est, ut certum iuri & præstetur patientia ad usum liberum loco (ut tradat rem) quia non, ut emptor præsumitur dominium præcisè in venditorem transferre, sed venditor rem venditam ementis facere tenetur, l. si ita, ff. eod. Et hoc ob duas rationes: 1. Ne propter incertitudinem & difficultatem probationis dominiorum, impediatur hic contractus, qui vtilibus quotidianis maximè est necessarius. 2. Quia per euictionis præstationem indemnitas fitur emptori, perinde ac si dominium nactus esset, l. in vendendo, ff. eod. l. ex empto, ff. de act. empt.



empt. Hinc tres alias actiones, actio ex empto, complectitur: Primò actionem, de euictione: qua agit emptor post rei venditę euictionem aduersus venditorem, ad ipsum precium & interesse, l. euicta, & l. si in venditione, ff. de euictionibus, si rei venditę non fuerit dominus, tot. tit. ff. de euict. Tres tamen sunt casus, quibus iuxta legitimas sanctiones emptoris euicta re contra venditorem nõ experitur hac actione. 1. Si emptor post institutum contra se iudicium venditori, vt rem venditam sibi defenderet denuntiare omiserit. 2. Si contumaciter abfuit tempore sententię promulgatę. 3. Si sententia lata fuit per iniuriam iudicis, c. si venditori, extr. eod. Secundò cõtinet actionem redhibitoriam: qua agit intra sex menses ad rescindendum contractum, si vendita fuerit res habens vitium latens, l. 2. C. de ædilitijs act. Tertiò actionem præscriptis verbis, quę competit, si emptor pacta adiecta emptioni non seruauerit, nec placitis paruerit: tunc enim habet emptor aduersus venditorem actionem præscriptis verbis, ad impletionem pactorum, l. 2. C. de pactis inter emp. & vend. Secundò: Ex hac obligatione nascitur actio ex vendito, & hæc competit venditori, ad ea consequenda, quę ipsi ab emptore præstari oportet, in qua veniunt non modò præcium, quanti res vendita est, sed & vsurę post moram, & diem traditionis. Sicuti enim, vt dicitur in l. fructus, C. de act. empt. fructus post perfectum iure contractum, emptoris spectare personam conuenit, ad quem & functionum grauamen pertinet: ita & venditor quoq; præcium tantum, & si mora intercessisset

fisse



fisse probetur, vsuras officio iudicis exigere, test, d. l. fructus, & l. Iulianus, ff. de act. empt.

*Quæ Affinia?*

Permutatio de qua inferiùs dicitur, & notatur, l. 1. ff. eod. Locatio & conductio, quæ cum naturalis sit, & omnium gentium, non verbis, sed consensu contrahitur, sicut emptio & venditio, l. 1. ff. locati. Et cum eidem emptioni & venditioni proxima sit, iisdem regulis iuris consistit, eoq; magnam affinitatem habere videntur, & difficile sit illos contractus, in quibusdam speciebus discerni, d. l. 2. ff. locat. & cond.

*Quæ Adiacentia?*

Insunt contractibus tria: scilicet, substantia & adminicula. Substantiã tria perhibentur: consensus, forma, & res. Ad naturã pertinet quod naturale & propriũ inest cõtractui, Pap. in cõtractuum terminos, l. Lucius, ff. de potest. substantia à natura, quod cõtractus conuenitur ex substantia, sed natura oritur & fit facto iam contractu: sicut radij ex Sole, Al. cum quid, ff. si cer. sic natura contractus proprie est actionem & obligationem parere: receptionis natura est, vt alter ad prætium, aliam rem tradendam obligetur. Adminicula sunt, nec contractum perficiunt, nec contractui propria, quæ iam non insunt & possunt aduenire, vtum contractus naturæ præbent adminicula. Et hæc sunt duplicia: quædam enim sequuntur cõtractũ, vt euictio, quæ sequitur emptionem, & de ea nihil conuenierit, l. exempto, ff. de act. Quædam extrinsecus cõtractui insunt, vt



pignora fideiuffores. Adiacens igitur emptioni, siue ex natura contractus vel extrinsecus veniēt, periculum & commodum rei venditæ euictio, duplex stipulatio, stipulatio rem habere licere: quæ ad quem pertineant & qualiter præstentur? vide tit. de peri. & commod. rei vend. l. habere, ff. de eui. l. stipulatio, de eui. & l. ex empto, ff. de act. emp. præstatio vsurarum & interesse, de quibus tot. tit. ff. de vsu. l. qui per collusionem, ff. de act. empti. Et accedunt etiam emptionibus, lex commissoria, additio in diem, aliæq; pacta, quæ ipsam emptionem vel in substantia, vel in adminiculis variant, de quibus tit. de lege commisso. tit. de die in diem, addi. l. pacta conuenta, ff. eod. & l. iuris gentium, ff. de pactis, l. lecta, ff. si cer. Arrha, pignora, fideiuffores de quibus omnibus l. ex empto, ff. de actionibus empti.

### *Quæ pugnantiæ?*

Dolus. Circa dolum distingue. Aut dat causam huic contractui: aut incidit in contractū: aut re ipsa in cōtractu emptionis interuenit. Si dat causam cōtractui (q̄ fit, si vendens nullū animū vendendi habeat, persuadeatur aut ab emptore, vel dolo inducatur ad vendendū) tunc licet contractus ipso iure nullus cōmuni opinione dicatur, verius tamen est, dolum per actionem de dolo purgari, ipsamq; actionē ex eodē contractu proficiscentem ad rescissionē contractus, & consequendum omne emolumentū quanti interfuit, deceptum nō esse, cōpetere, l. si quis affirmauerit, ff. de dolo, l. Iulianus, ff. de act. emp. quibusdā casibus à lege exceptis: quos notat Faber, in §. actionum, aut, inst. de act.

Quòd



Quod si in contractum emptionis incidat dolus pariter actione ex ipsius obligatione manente non tantum ad rescissionem contractus, verum ad interesse, aliaque, quae ex aequo & bono debentur, agi potest, l. & elegantē, ff. de dolo.

Tertio, si dolus re ipsa in emptionis contractu comprehendatur, quod fit, si venditor ultra dimidium iusti precij deceptus, vel emptor ultra iustum precium, plus duplo deceptus est: quo casu venditor petere potest, ut restituatur res empti, vel suppleatur iustum precium. Emptor autem, ut vel restituatur id, quod ultra iustum precium dedit, vel ut totus contractus rescindatur, debet autem utrumque alternatim peti, sed in animo Rei conventi, est, alterum eligere, c. cum dilectis, cum causa, ext. eo. &, l. 2. C. de rescind. vend. hinc autem circumscriptiones, vel circumventiones, quae dolum non comprehendunt, sunt licet. Nam in contractibus negotiatorijs potest alterum circumscribere, ut loquitur Caius in l. si praecio, §. quemadmodum, &, l. in causa, ff. de minor. Nisi id fiat improbatore more, l. 1. §. venditor, ff. de act. empt. Circumscriptio enim fieri debet, ut fiat sine dolo, l. & ideò, ff. locati et laesio non sit enormis: quibus duobus et modo sublati circumventio est sine reprehensione, quae sensu dicitur, ut alter alterum circumvenire possit, imò illud fieri interest Republicae, ut ait Seneca, cum quilibet sui lucri causa contrahat, l. actionum, §. actionum, ff. de act. & oblig. sublata spe quaestus, necesse est perire mercatum, quo nihil habet Republica vtilius & vtilius, lib. 1. de benefi.



Secundò. Error. Quia nihil tam contrarium est consensui, quàm error. Cùm igitur emptio constituatur consensu, sequitur inde ipsum errorem vitare emptionem. Distinguitur tamen. Aut erratur in nomine, aut corpore, aut materia, aut causa, aut demonstratiõe. Error nominis non vitiat emptionem, cùm nec legatum, nec stipulationem, nec hæredis institutionem vitiet, l. si in nomine, ff. de verb. oblig. & C. de test. Ratio habetur in §. si in nomine, institut. de leg. Nomina significandarum rerum gratia reperta sunt, quæ si aliquo quolibet modo intelligantur, nihil interest. 2. Error corporis, vel error materia vitiat emptionem, l. in venditionibus, ff. eod. Differt autem corpus à materia, vt effectus à causa. Nam ex materia fit res, seu corpus, licet ipsa materia in legibus dicatur in substantia, quãdoq; etiam qualitas, d. l. in venditionibus, §. item quaeritur: sic aureæ lancis materia est, ipsum aurum & lanx est corpus ex auro. Si igitur lanx auro cooperto, pro aurea solida vèdatur, nulla est venditio, l. cum eo, ff. eod. qui aliud pro alio vèditur: secus si aurea sit, licet quid æris habeat admixtum, l. quid tamen, ff. eod. Non igitur sibi contrariantur hæc duo responsa, cum priore, Species, ob facilitatem deductionis, per se extare videtur, nec alia pro alia in detrimentum emptoris ignorantis vendi potuerit, posteriore autem ob difficultatem separationis auri ab ære, vna species, quæ extrinsecus apparet, licet deterior, ob admixtam qualitatem viliores non apparentem, quàm emptor putarit, vèdita fit, qui error emptionis non vitiat, l. aliter, ff. eod. Error

Rr

in cau-



in causa, est nihil aliud, quàm error in genere contractus, vel error in traditione, quia causa obligationis est contractus, causa autem domini, est traditio, l. actionum, ff. de actionibus, §. ex traditione, inst. de rerū, diui. Error igitur in genere contractus vitiat cōtractum. Verūm si per traditionem, pari ratione, ex vtroq; contractu dominiū transfertur accipiens post consumptionē, licet conditione teneatur, tamē cū secundum voluntatem dantis consumpserit, doli exceptione tutus est, l. si ego pecuniā, ff. de rebus cred. Error distingue vltērius, vt Dd. ibidē. Error etiā in traditione dominiū translationē impedit. Nam in os nūmos, quasi tuos, dem, nō facio tuos, vtiquit Caius in l. 3. §. subtilius, ff. de con. ca. causa non secuta: quia nemo errans amittit rem, si procurator, ff. de acq. rerū dominio. Denique error demonstrationis aut contingit in cōtractu aut in ipsius contractus executione: qui quando vitiet contractū, & quando nō impediat vendentem, ff. eod. & l. in huiusmodi, & l. sed si communis, §. si seruus, ff. eod.

Tertiò pugnat simulatio ipsius cōtractus enim non verè agitur, sed simulatur, nulli momenti, l. cū in venditionis, & l. nuda, ff. de vend. Vnde, si vniuersa venditio, donationis causa est, in totū ipsa non valet, secus si viliore parte res donationis causa distrahitur, l. si quis donationis, ff. eod.

Quartò, venditioni contraria sunt, omnia pacta, quibus à venditione disceditur: vel quae venditionis naturę & fini aduersantur: vt si pacifera



tur, ne precij conuenti, vtl rei venditæ dominiũ  
in venditorẽ & emptorẽ transferatur, l. cum ma-  
nu fata, ff. eod. l. 1. ff. de rei permutat. Et similia.

## DE LOCATO ET CONDV- cto. Titulus XVIII.

### Continuatio.

Locatio & conductio, proxima est emptionẽ  
& venditioni, vt ait Iurisconsultus Caius, in  
l. 2. ff. eo. iisdemq; iuris regulis cõsistit. Nam,  
vt emptio & venditio contrahitur, si de præcio  
cõuenerit, sic & locatio & cõductio contrahi in-  
telligitur, si de mercede conuenerit, d. l. 2. eod.

#### *Quid est Locatio?*

Locatio est, personæ, vel rei, pro mercede in  
pecunia conuenta ad vsum facta concessio. Ver-  
bum, Vsum, excludit ab usum: in quo mutuũ  
consistit, alia ad differentia aliorum contractũ  
ponuntur. Nam si species cum specie commute-  
tur esset permutatio: si genus cum genere, vel cũ  
specie, esset contractus, Do vt des: vel si non pro  
mercede, sed pro precio, esset emptio: vel pro  
nulla mercede & gratuito, quo casu commoda-  
tũ contraheretur, l. 1. ff. de præcario, l. 1. ff. de re-  
rum permutatione, l. si conuenerit, ff. communi  
diuidundo.

#### *Locatio quotuplex?*

Duplex, temporalis & perpetua. Temporalis  
est, quæ fit ad certum tempus, & illa retinuit no-  
men locationis. Perpetua est, quæ absque certi-  
temporis præfinitione fieri contingit, & nomi-  
ne speciali dicitur emphyteusis. Temporalis  
Rr 2 duobus







*Quæ Forma?*

Vt contrahentes de re, pro certa mercede, ad tempus vel in perpetuum locanda, conueniant, l. 1. & l. 2. ff. si ager vectig. Sicuti enim vëditionis substantia ex tribus, re, scilicet, precio, & consensu, consistit, ita & in locatione, res, merces, & consensus, desiderantur: eisdem enim iuris regulis vterq; contractus consistit, l. 2. ff. eo. An aut merces in pecunia numerata consistere debeat? Quæ quæstio, licet diuersis sententijs agitata, ita tamen magis cõmuni Doctorum assensu explicata est, vt consistat quidem in pecunia nõ numerata tantum, sed alijs etiam rebus fungibilibus, quæ appellatione pecuniæ veniunt, l. fin. C. de const. pec. putà, vino, oleo, frumento, &c. Inde etiã partarius colonus dicitur, qui vice mercedis, de parte tertia, vel dimidia fructuum de re locata præstandorum paciscitur, l. merces, §. vis maior, ff. eod. Quod tamen conventionis genus contractui innominato proximum est, Dd. in l. si paciscenda, C. de pactis.

*Quis Finis?*

Vt communicato rerum vfu necessitatibus & commoditatibus magis obuiàm eatur.

*Quis Effectus?*

Obligatio, quæ producit duas actiones: actionem, scilicet, ex locato, & actionem, ex cõducto. Actio, ex locato, cõpetit locatori, eiusq; hæredi, cõtra conductorẽ eiusq; hæredes, vt restituat rem locatã, finito locationis tẽpore: ante enim illud tempus expellere non potest, nisi quibusdam casibus, in c. propter, §. verum, extr. eo. & l. hædes,

Rr 3

C. de



C. de loca. exceptis, 1. Si inquilinus pensionem non soluat. 2. Si ædes restauratione indigeant, & velit locator eas reficere. 3. Si locator proprijs vsibus necessarias sibi probauerit, 4. Si in locata inquilinus mala versetur, deteriorẽ ipsam efficiat, vel ad inhonestum vsum: veluti ad exercendum ibi fœnus, & ad introducendas merces, transferat, d. l. æde, vbi glos. & Bal. c. eod. 2. Agitur ex locato, vt vsuras pensionis non soluatæ & interesse præstet, l. præses, C. eo. l. sed addes, §. illud nobis, ff. eod. 3. Vt rem non deteriorẽ, sed absque vitio præstet: Et omnia ea, quibus in conventionis lege expressè conuenit, l. qui infulam, §. fin. & l. in lege, ff. eod. Ad conducto datur conductori, ex his causis: 1. Vt re conducta per tempus in conventionis terminum ipsi liceat, l. ex conducto, ff. eod. 2. Quod in rem conductam impenderit, vel indetam pensionem, vel locatori pensionem ante tempus, soluerit, l. dominus, & l. Sed addes, ff. eod. 3. Vt locator omne impedimentum auferat, & interesse damni ex re vitiosa conducta acceptum, omnemque culpam præstet, d. l. sed addes, & l. si merces, §. conductor, ff. eod. Compensatio actio, ex conducto, ad remissionem fructus, propter damnum immodicum fructuum dependentium sine culpa conductoris, sed quodam contingens. Dicitur autem damnum immodicum, quando fructus infra dimidium iusti præcij diminuuntur, l. 2. C. de rescin. Illud, inquam, non nocet conductori, ne scilicet vnus anni iacturã nimium præcipitet actoris, nisi omnibus priuet agricolas, arg. l. fin. ff. de præ-



praesid. si tamen damnum cum vbertate praecedentis, vel sequentis temporis compensari possit propter sterilitatem, quasi cessante ratione legis, pensio non remittitur, d. c. propter sterilitatem, §. verum, extr. eod. & vel si remissa sit, tamen, ob contingentem sequentibus annis vbertate, nihil obest domino remissio: cum integra pensio etiam eius anni, quo remisit exigere possit, l. ex conducto, §. Papinianus, ff. eod.

*Quae Affinia?*

Emptio, venditio, & emphyteusis. Ad eum enim, ut inquit Caius, locatio & emptio familiaritate aliqua habere videntur: ut in quibusdam queri solet: utrum emptio & venditio sit an locatio & conductio? l. 2. ff. eo. Et licet convenientia & discorvenientia horum contractuum in plurimis consistat: ad discernendos tamen eos, haec regula traditur: Quotiescunque conventionione hoc agitur, ut is, qui rem tradit, in eum, qui pecuniam dat, dominium transferat, emptio est: si autem nulla contigit dominij translatio, locationis genus est. Notat Dd. in d. l. 2. ff. eod. Emphyteusis est contractus, quo res soli, siue immobilis, sub annua pensione, in perpetuum plerumque colenda fruenda traditur, cum retentione tantum directi dominij, alterius cuiusvis iuris in recipientem translatione facta, l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. cuius causa efficiens est, lex & consensus contrahentium. Materia res soli. Forma, retentio dominij directi cum translatione utilis, ita ut in recognitione directi soluat certum canonem emphyteuta, fiatque in scriptis, l. 1. C. eo. debet. n. alienationes Ecclesiasticae omnes in scriptis fieri, c. siue, 12. q. 12. & Bar. in d. l. 1. C. eo. & Reb. in c. hoc ius, 10. q. 2. & Dd. in c. 2. ext. de reb. alie. non al.

Rr 4

Effectus



Effectus est conditio ex lege, Bart. in l. vii. C. de cond. ex lege. Amittit emphyteusim colonus, si triennio continuo canonem pensionarium de emphyteusi priuata, vel biennio de Ecclesiastica soluere cessauerit, modò dominus ita voluerit celeri tamen satisfactione ne cadat, sibi cōsulare & moram purgare poterit, c. potuit, extr. eod.

*Quæ Adiacentia Locationi?*

Dolus, lata & leuis culpa, l. in iudicio, C. eod. & pignoris obligatio, legis prouisione constituta. Nam inuenta & illata in domum conductam per conductorem tacite sunt obligata ipsi locatori, non tantum pro mercede, verum etiam pro dāno rei locatæ dato, l. 1. 2. & 3. ff. in quibus, de in colono aut, qui rusticū prædiū conductit, ut non obseruatur, licet fructus naturales à fundo separatos, & illic adhuc existentes loco pignoris locator retinere, & colonū donec pensionem soluat, ne exportet, prohibere possit: industria autē fructus locator retinere loco pignoris non potest, Bart. in l. assiduis, vers. quæro, C. qui pot. in pig.

*Quæ Pugnancia?*

Dolus malus, error in re & mercede, decem ultra dimidiū iusti p̄c. j, inæqualitas mercedis si vno nummo locatio fiat: quæ omnia locacionem vitiant.

DE RERVM PERMUTA  
tione. *Titulus XIX.*

Continuatio.

**O** Rigo emendi vendēdi q̄: (cū quibus locatio & cōductio magnā habent affinitatē) à permuta

Rr 5



mutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nū-  
mus, neque aliud merx, aliud precium, vocaba-  
tur: sed vnusquisque secundū necessitatem tē-  
porum ac rerum vtilibus inutilia permutabat,  
vt ait Paulus, l. 1. ff. de contrah. emp. & vend.

*Quid est Permutatio?*

Permutatio est, contractus innominatus, quo  
species vel res certa cum specie commutatur, l.  
quoniam, C. eo. & l. 1. ff. eo. & dicitur contractus  
innominatus. Quia nomine & forma speciali ca-  
ret, & generali permutationis verbo designatur:  
quod omnibus conventionibus, in quibus ali-  
quid hinc inde datur, commune est, glos. in rubr.  
C. de rerum permut.

*Quæ causa Efficiens?*

Ius gentium, consensus contrahentium, & spe-  
cierum traditio. Est enim, teste Paulo, in d. l. 1. ff.  
de contrah. emp. hic cōtractus antiquissimus: cū  
origo emendi & vendendi ab illo cœperit: nec tā-  
nuda consentientium voluntate, quā rei tradi-  
tione celebratur. Permutatio enim ex re tradita  
initium obligationi præbet, l. 1. ff. eod.

*Quæ Materia?*

Indiuidua, species vel res certæ temporales,  
non precium, non genus, vel spiritualis. Nam si  
conuentio fit de commutanda re pro certo pre-  
cio, emptio erit, d. l. 1. ff. eod. Et si genus cum gene-  
re, vel species cum genere commutetur, non est  
permutatio, sed contractus innominatus, qui di-  
citur, Do vt des, l. 1. ff. eo. Nec res spirituales per-  
mutari debet. Quod intellige, si cum temporali  
re commutetur: spiritualis enim cum temporali

R r 5 permuta-



permutari nō potest, c. si. ext. eo. licet spiritualis  
 cum spirituali permutari possit. Vnde Clemens  
 III. cōstituit, Ecclesias iure proprietatis, earum  
 quę possessiones posse permutari: etsi ratioe pos-  
 sessionum altera alteri pręualeat, refusa certę pe-  
 cunię quantitate posse permutationis negotium  
 expediri, c. ad quęstiones, extr. eod. Nec oblati  
 dicitur, permutationem non esse contractū gra-  
 tuitum, sed commutatiōe rerum celebrari, ergo  
 non posse in spiritualibus, quę gratis sunt con-  
 ferenda, locum habere, c. gratia, l. q. 1. & c. per  
 stras, ext. de iure Pat. Ad hoc enim dicitur, com-  
 mutatiōem spiritualium autoritate Superioris,  
 omne simonię vitium abolet, fieri debere. Ita  
 dignitas cū dignitate, Canonica cū Canonica, vel  
 aliquod aliud beneficiū, nō requisita Superioris  
 autoritate, permutari nō potest in tantum, vti  
 q̄s tāta temeritatis depræhēdatur, ob tanto bene-  
 ficio, vel dignitate priuetur, c. cum olim, ext. de  
 Nisi permutantis simplicitati veniam tribuat  
 quitas suadeat, c. cum vniuersarum, ext. de Pa-  
 ri ratione, mancipia Ecclesiastica permutari nō  
 debent, exceptis tribus casibus: 1. Si fauore liber-  
 tatis, c. mancipia, extr. eod. 2. Si sint fugatiua  
 iniustū, extr. eod. 3. Vel si permutatio fiat in  
 Ecclesię; nā & donari possunt, c. Ecclesię, q. 2.  
 statutum est etiā licere Principi rem man-  
 cipialem sanctis locis præstare, & accipere ab eisdem  
 immobilem: ita tamē si causa rationalis inter-  
 poscat, & res, quam præstiterit, maior fuerit  
 æqualis, c. 1. ext. eod. alię autem commutatiōes  
 rerum Ecclesiasticarum, quę in casu non con-  
 duntur, ab antecessore inconsultō factę sunt, vel  
 solentur.



solennitate nō obseruata, per successorem reuocari debent, c. vt commutationes.

*Quæ Forma?*

Vt, conuentione per pactū, vel stipulationē de commutanda re indiuidua cum alia indiuidua & certa specie facta, res ipsa vtrinque tradatur: nam ad producendam actionē, ex permutatione, non sufficit permutationis pactū, nisi ipsum vel traditione rei, vel stipulatione rei firmatum sit: vt dicunt Imper. in l. ex placito, C. eod. Ex placito permutationis nulla re secuta constat nemini actionem competere, nisi stipulatio subiecta ex verborum obligatione quesierit partibus actionem, & l. i. §. permutatio, ff. eod.

*Quis Finis?*

Vt magis subueniatur humanis necessitatibus, & is, qui animo permutandi rem suam dedit, aliam sibi magis deseruientem recipiat, d. l. cum precibus, C. eod.

*Quis Effectus?*

Ex permutatione, varia actio proficiscitur: nā si stipulatio permutationi subiecta est, datur actio, ex stipulatu, ad tradendam rem, de qua conuenit, & vt placitis fides seruetur, d. l. ex placito, & l. cum precibus, C. eod. Si autem stipulatio nō interuenit, datur actio prescriptis verbis, que est similis bonæ fidei, & personalis ei competēs, qui rem suam animo permutandi alteri dedit, vt ipse aliam rem in specie ab eo ex permutatione recipiat, l. rebus, C. eod. Et si fides contractus nō seruetur, p̄stetur interesse, l. i. C. eo. competit etiā cōdictio causa data causa non secuta, ad repetendū

id.



id, quod permutandi causa datum est, l. 1. 4. & C. eo. Potest igitur in libello concludi alternativam bifariam, primò: Ut impleat contractum vel inesse, secundò: Ut impleat cōtractum, vel restitutionem acceptam, Dd, in l. 1. & 2. C. eod. Ex permutatione, sicuti ex venditione, paratur etiam vincipiendi conditio: quia traditionis iusta causa, est ipsa permutatio, l. 4. §. de illo, eo. Præstatur etiam actio, d. l. 1. C. eo. Præstatur etiam animantium sanitas, cum enim, ut ait Paulus, in l. 2. ff. eod. permutatio sit emptioni vicina actio præscripta verbis ex permutatione proficiscens, etiam ad præstandam rem à morbis vitijsq; solutam liberam competit, potest ipsa res permutatio vitia re dhiberi, ut notatur in l. sciendum, §. ff. de ædi. lit. edicto.

### *Quæ Affinia?*

Contractus, Do ut des, & emptio & venditio. Differt autem contractus, Do ut des, à permutatione, materia, & effectu. Materia quidem Quæ datur species pro specie, vel individuum pro individuo, permutatio est: Si verò species pro genere, vel genus pro genere, contractus, Do ut des, est, l. naturalis, ff. de præscrip. Effectus est, Quia ex permutatione datur actio, præscripta verbis bonæ fidei. Ex cōtractu autem, Do ut des, præscriptis verbis stricti iuris, §. actionum, in st. de actionibus. Ab emptione seceritur causa efficiente, materia, forma, & effectu. Causa efficiente. Quia nō ita consensu nudo constituitur obligatio in permutatione, sicuti in emptione, sed ipsa ex traditione rei initium capit, & præ-



ditur, vt ait I. C. in d. l. 1. ff. eod. Materia dif-  
 fat. Quia non tantum in speciebus, fed & in a-  
 lijs omnibus rebus, quæ humanum commerciũ  
 non fugiunt, emptio confiftit, l. fed Celfus, ff.  
 de contrah. empt. & vend.

Forma diftant. Quia in emptione alius eft vè-  
 ditor, alius emptor, ita preciũ aliud, aliud merx.  
 At in permutatione difcerni non potest, vter em-  
 ptor vel venditor fit, multumq; differunt præsta-  
 tiones: emptor enim nifi nummos accipientis fe-  
 cerit, tenetur ex vendito, venditori fufficit, ob e-  
 uictionem fe obligare, nec tenetur rem veditam  
 emptoris facere, fed poffeffionem tantum trade-  
 re, itaq; fi eucta res non fit, nihil debet. In permu-  
 tatione verò, fi vtrunque precium eft, vtriusque  
 rem fieri oportet, fi merx neutrius, fed cum de-  
 beat & res & precium effe, nõ potest difcerni, qd  
 eorum precium fit, & quid veneat, l. 1. ff. eod. Effe-  
 ctu etiam differunt. Quia ex permutatione datur  
 duplex actio, putà: præfcriptis verbis, bonæ fidei  
 & conditio ob causam: non autẽ ex venditione,  
 d. l. 1. §. fin. ff. eod. Multa tamen cum veditone ha-  
 bet communia, fcilicet vfucapiendi conditione,  
 euctionem, redhibitionem, actione bonæ fidei,  
 &c. vt Dd. l. 1. & l. 2. C. eo. Affinitatem etiam cum  
 permutatione habere videtur, transactio, diui-  
 fio, & generali quadam ratione rerum cõmutan-  
 darum confiderata, omnes contractus.

### *Quæ Adiacentia?*

Vfucapiendi conditio, redhibitio, euctio, pe-  
 riculum, commodum, pœnitentia.

*Quæ*



*Quæ Pugnantiæ?*

Dissensus vtriusq; contrahentium, patitur, transferendo dominio, pœnitentiæ: & modis, quibus ratione materiæ, vel alio modo, res partari, vel alienari, prohibetur, de quo supra.

## DE FEVDIS.

*Titulus XX.*

## Continuatio.

**F**eudi constitutione res, pro obsequiis, quæ fidei, quasi commutari videntur.

*Quid est Feudum?*

Feudum est, concessio rei, facta alicuius relatione utilis dominij, ad habendum de feudo, cum exhibitione alicuius honesti seruicij, capi. coral.

*Vnde dicitur Feudum?*

Feudum dicitur, quasi fidei datio, ablatum dominus vasallo, vel à fidelitate, quam vasallo domino præstare tenetur, sicq; reciproca obligatio domini & vasalli, c. 1. §. fin. per quosdam uestit.

*Quotuplex est Feudum?*

Est multiplex & varium. Aliud enim antiquum, hereditarium, masculinum, aliud nouum, fœmineum, cum fidelitate, temporale, perpetuum, comitatus, purum. Aliud Guardix & Castardix, aliud transitorium ad hæredes: vt feudum ducatus & Comitatus. Quæ feudorum



in vñibus feud. sparſim explicantur.

*Quæ causa Efficiens?*

Ius moribus introductum, Principum placita, & decreta Pontificum, voluntasq; eius, qui cōcedere potest, vel consensus contrahentiū. Quia non tantū vltimis voluntatibus, verū etiā actibus inter viuos, pactis, scilicet: & stipulationibus, constituitur feudum. Possunt autem dare feudum, Papa, Imperator, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Præpositi, modò antequo tempore dare Præpositus cōsueuerit, Duces, Reges, Marchiōes, Comites & Capitanei, diuites Barones, & Nobiles illustresq; mulieres, si senio sint confectæ, & liberos non habeant. possunt etiam vassalli rem feudale alij dare in feudum: sed quibusdam personis dare prohibetur, scilicet femina, Ecclesiæ, seruo, Hæretico, Iudæo, bannito, inimico capitali, deportato, potentiori, quā sit dominus, alteriusq; iurisdictioni subiecto: adeo quidem, vt si vassallus vni harum personarum, absque domini voluntate dederit feudi concessi beneficio ipse priuetur.

*Quæ Materia?*

Res immobiles, & q̄ inter immobiles cōputantur. Illæ. n. propriè dantur in feudum, non autem res, quarū alienatio à lege prohibita est: possunt tamen si cum vniuersitate, id est, cum tota regione in feudum dentur. Res autem mobiles, q̄ ipso vsu temporis traëtū, deteriores fiunt, non dantur sicut nec in emphyteusim, nisi accedant immobilibus vt serui fundo, decimę ad tempus in feudū dari possunt, non in perpetuum, feudum autem

Ca.



Camere & cauere debetur, quatenus ibi aliquid inuenitur.

*Quæ forma constituendi Feudi?*

Vt dominus, dominio directo retento, per pactum, stipulationem, vel ultimam voluntatem, in beneficium vel compensationem obsequij, de seruitij præstadi, gratuito, nulla promissione mæcedis, canonis, vel vectigalis præstadi facta, uallo utile dominiū concedat. Quod quidem obsequiū, uasallus iurisiurandi religione promittitur tenetur. Forma iurisiurandi est. Vt Vasallus constituta de fundo concessio facta iuret, se dominum, quoad fieri possit, in omnibus honestis & licitis defensurum. Quod iuramentum seruare debet, scilicet: Incolume, tutum, honestum, possibile, utile, & facile, ut notat Gratianus in de forma fidelitatis, 22. quæst. 5. Quæ si Vasallus promittere recuset, dominus ipsum iurare non tenetur. Et si plures sint Vasalli, omnes præstant, domino autem demortuo coguntur iurare successoribus, & omnibus si plures fuerint. Si autem quidam ex his renunciauerint feudo, adrevertet pars repudiata reliquis dominis possidentibus. Ante iuramentum autem fidelitatis præstitum dominus inuestituram permittit. Cuius forma est: ut dominus, qui feudum concedat, tenens aliquid in manu, puta baculum, anulum vel biretum, tradat illud in manu Vasalli dicens: inuestio te, de tali, vel tali re.

*Quis Finis?*

Meritorum remuneratio, vel etiam proprietas



hominis interesse: cùm hominem beneficio affi-  
ci, interfit hominis, l. seruus ea lege, ff. de seruis  
export.

### *Quis Effectus?*

Potestas vtendi & fruendi re in feudum con-  
cessa, & actio vindicationis tam directa, quàm vti-  
tilis. Vbi enim Vasallus agit contra dominum,  
petit rem feudalem actione vindicationis: vbi  
contra extraneum vtili in ré actione experitur.  
Si autem dominus & vasallus concurrunt, domi-  
nus directa, Vasallus autem vtili ager: cui tamen  
directa vtilis præfertur.

### *Quæ Affinia?*

Emphyteusis, census, libellus, superficies, pre-  
caria, vsus fructus. Emphyteusis cum feudo ha-  
bet commune, vt, penes danctem, dominiũ dire-  
ctum remaneat, c. 1. §. 1. & seq. de inuestit. de re a-  
lien. fac. Hoc tamen differt. Quia gratuitum est  
beneficium, c. 1. §. in primis, in quibus caus. feud.  
amit. Nullam idè pensionem annuam, nullum-  
quæ Canonem sperans, sed obsequium duntaxat  
personale, c. 1. §. sed nec alia. Quæ fuit prima cau-  
sa. Vbi verò cliens, seu Vasallus, aut emphyteu-  
ta beneficiarium fundum, aut emphyteutica-  
rium pro annua quoq; pensione, alteri cõcedit,  
neque feudum erit, neq; emphyteusis, cum neu-  
ter concedens dominus sit, c. 1. de inuestit. sed no-  
uo vocabulo libellarius contractus vocabitur.  
Quamuis hæc duo, libellus & emphyteusis, mo-  
dibus hominum plerunque confundantur, &  
promiscuè soleant accipi, c. 1. §. rursus, quib. mo-  
dis

§ 1

dis



dis feud. amitta. Bart. in l. si finita, §. si de, ff. de cō. infect. Contractus censualis à feudo hoc differt: quòd in eo transferatur tam directum, quam utile dominium, debeaturq; cōcedenti heredibus: què eius annua pensio, c. constitutus, extr. de relig. domi. Cùm autem ob hanc pensitatione ius inuersum à se quis abdicet, idq; transferat in accipientem, Bart. in l. 1. §. 1. ff. de publica. ab emphyteusi sine dubio differt. Quia utile tantum dominium abs se cōcedens remouet: vnde licet emphyteuta cessans soluere triennio, et si Ecclesie sit, biennio, canonem iure suo cadat, non tamen hoc commissi tribuit contractus censualis: nisi soluto censu, etiam mille annis, glos. & Dec. c. constitutus, extr. de relig. domibus.

Huc quoque pertinere videtur superficies contractus, quo sub certa plerunque pensione domum, moletrinam, aut aliam soli nostri superficiè concedimus. Et quandoq; nulla annua pensione de constituta: veluti cùm venditur, locatur, donatur superficies, l. 1. §. 1. ff. de superficiebus. Ius conventionis hæc natura est: vt dominus, quod utile vocant, transferat in accipientem, §. pen. ff. de noui operis nun. & destructa superficie (ruinâ puta, vel incendio) contractus terminatur, l. inter quos, §. damni, ff. de dam. iniur. Differt autem superficiarius à vasallo: quod certa pensione constituta, vel nonnunquam sine pensione onere superficiem possideat, d. l. 1. ff. de superf. nec meliorationes à domino habere dicatur, sed à seipso, l. bono, ff. de ver. sig. Quocirca potest sine domini consensu eas alienare, in totq; cōtractu quâuis nesciat, aut nolit dominus



illinc auferre, l. sed addes, §. si inquilinus, ff. locati: & d. l. bonorum, precarijs denique cum feudo affinitas est, quo ad translationem ipsius possessionis & vsus. differūt autem. Quia precarie sub annua pensione in perpetuum, vel ad tempus, cum pacto renouationis, de quinquēnio in quinquennium, aut aliud tempus secundū morē regionis cōceduntur, c. 1. & fin. de preca. c. precarie, 1. & 2. 10. q. 2. Et hoc ob id, ne temporis diurnitate contractus memoria pereat, c. longinquitate, 12. q. 2. Panor. in d. c. 1. extr. de preca. Vsus fructus etiam cum feudo quid commune habet. Quia ferē eisdem modis cum translatione iuris vtendi fruendi constituitur: Argumenta q̄ ad decidendas quandoque quæstiones in materia feudali ambiguas illinc desumpta, iure approbantur, de quo habetur in c. fin. extr. de pig. & alijs.

*Quæ Adiacentia?*

Iuramentum fidelitatis inuestitura. Et circa eā talis ordo seruatur, vt domino concedēte feudū fiat inuestitura, qua facta, vasallus præstat fidelitatem sacramēto, & verbo promitti, illa sex, de quibus suprā in c. de forma fidelitatis, 22. q. 5. Deinde dominus præstato fidelitatis sacramento mittit vasallum in vacuam possessionem rei feudalis. Est autem inuestitura, concessio fictæ possessionis, facta per dominū alicuius rei corporalis, pacta etiam quandoq; in constitutione feudī adijciuntur, quæ naturam feudī variant.

*Quæ Pugnancia?*

Merces. Debet enim feudū esse gratuitū: pacta iniqua & ipsum feudum euertētia, dolus, culpa, casus, negligentia, feloniam, & denique omnes

§ 2

modis



modi, quibus ipsum feudum amittitur, de quibus legitur, c. prima causa, in quibus causis feudum amittitur, & c. 1. de causa contradi, c. est & alia, d. tit. c. ex eadem, eo. & c. 1. c. seq. in libr. feud. tit. quibus modi feudum amittitur. ubi ingratitude variaz cause enarrantur. Breuiter tamen sciendum feudum amitti iisdem ferè modis, quibus libertus in seruitutem, propter ingratitude, reuocatur, licet non tã strictè agatur contra vassallum, sicuti contra libertum, & quibus filius in potestate patris constitutus exheredari potest. Amittitur autem feudum, morte, capitis diminutione, maxima & media, ingratitude, clericatione, inuasiõne, confutatione, bonorum cessione, alienatione, illius præscriptione ab alio inducãta, euictione, extinctione, negatione, & mendacio scienti facto de re feudali, negligentia. Negligentiã in multis attenditur: scilicet, si vassallus non intra annũ & diem domino mortuo hæredem, pro immunitate, requirat: si de fidelitate præstanda, domino tribus vicibus requisitus eam facere negligat: si modò maior 14. annis sit, si vassallus grauam, & ceteram, quam domino imminere nouit, callet, & resistere potuit & non fecerit, si dominum in acie periclitantem dimiserit, si dominum in tempore famis, pressum indigentia non aluit: si vassallus in re feudali malè versetur, vel committat feloniam, id est, delictum aliquod contra dominum. Quibus etiam modi ingratitude committuntur præhenduntur.



## DE PIGNORIBVS ET ALIJS CAUTIONIBVS.

*Titulus XXI.*

## Continuatio.

**A**diacet alijs contractibus pignoris alligatio, & alienatione in effectu quoq; continer, cum, si debitum legitimè non solvatur, precio ex distractione pignoris redacto satis fieri possit, l. si conuenit, ff. de pig. act. & l. sed & quod, ff. de pig. & Hypo. & l. sancimus, C. de rebus alie. non alienand.

*Quid est Pignus?*

Pignus secundum Hostiens. est obligatio rei in securitatem debiti, donec ipsum exolvatur, celebrata, §. quid sit pignus, hoc tit.

*Quotuplex Pignus?*

Varia diuisiones sumuntur à causa efficiente, materia, forma, & effectu.

*Quae diuisiones sumuntur à causa Efficiente?*

Pignus vel est prætorium, vel iudiciale, vel conuentionale. Prætorium dicitur, quod decreta missione in possessionem bonorum, scilicet: vt caueatur pro legatis, vel de dano infecto, vel de nouo opere demoliendo prætor constituit, l. non est mirum, §. sciendum, ff. de pig. act. Iudiciale dicitur, quod ratione sententiæ exequendæ capitis, pro re iudicata pignoribus à iudice fieri contingit, l. à diuopio, ff. de rei iud. Conuentionale autem pignus conuentione partium constituitur, l. contrahitur,

Sf 3

tur,



646 ANALYS. IVRIS PONTIFICI  
tur, ff. de pig. & hypoth. Et hoc bifariam, ex-  
pressè & tacitè. Expressè fit: quando verbis ex-  
pressis partes conveniunt de oppignoranda re.  
Tacitè autem, quando ex vi & potestate legis, si-  
ne expressa hominum conventionione, vt dotis cau-  
sa, favore pupilli, fisci, refectionis, l. vnica, C. de rei  
vx. act. l. 4. C. in quib. causis pig. tac. contrah. Ex-  
empli gratia. Omnia bona promittentis dotè sunt  
tacitè obligata ipsi marito, & e contra, dotè soluta  
omnia bona mariti tacitè sunt obligata vxori.  
p. dote, c. ex literis, ext. eo. Secūdò: locatori fundi  
sunt omnes fructus ex eo percepti tacitè oppig-  
nati. Item omnia inuecta & illata, pro penitus  
certi, C. de locato. Plures casus, in quibus con-  
trahitur tacitè pignus, vide apud Azonem tit. quod  
causis tacitè contrah. & c.

*Quæ Diuisio sumitur à Materia.*

Pignus, vel est generale vel speciale. Generale  
est, quod in vniuersitate vel omnibus bonis  
constituitur: quo non continebuntur ea, quæ  
incompleta est, quæquã specialiter obligaturum  
fuisse, l. obligatione generali, ff. eo. Speciale  
pignus in re certa vel specie constituitur.

*Quæ Diuisio sumitur à Forma.*

Quod pignus vel sit voluntarium, aut  
necessarium. Voluntariū est, quod expressa voluntate  
facto, vel nuda cõventionione duorum contrahitur, vel  
voluntate vnius. quod fit, si testator in testamento  
alicui pignus in rebus suis, legati, donationis, &c.  
quouis alio titulo relinquat, constituitur, l. si  
eod. l. fundus, & l. Caius, ff. de annuis legatis. Ne-  
cessarium autem dicitur, quod nulla contrahen-  
tium



tium conuentione, sed decreto prætoris, iudicis  
 autoritate, & legis beneficio introducitur, de  
 quo in l. si finita, ff. de dam. infecto, d. l. vni. C. de  
 rei vxo. act.

*Quæ Diuisio sumitur ab Effectu?*

Quod pignus, vt genus cōsideratum in specie,  
 vel sit pignus, vel hypotheca. Vnde ex hac, actio  
 hypothecaria datur, quæ realis est, ex illa autem,  
 pignoratitia, quæ personalis est. Nec obstat quod  
 Marcellus ait in l. res hypothecæ, ff. de pig. & hy-  
 poth. inter pignus & hypothecam tantum nomi-  
 nis sonum differre: intellexit enim Marcellus hoc  
 de pignore, in genere accepto, quod sub se & pi-  
 gnus & hypothecam compræhendit. Hac ratioe  
 hypotheca dicitur quoque pignus; alioquin. n.  
 hypotheca & pignus in specie considerata, diffe-  
 runt causa efficiente, materia, forma, & effectu.  
 Causa quidem efficiente: quia pignus ciuile est,  
 produci t̄q; actionem bonæ fidei. Hypotheca aut  
 prætoriam, & stricti iuris, vt notat Iason in §. actio-  
 nem, institut. de actionibus.

Secundò differunt materia. Nā pignus est tantū  
 rei mobilis, §. item seruiana, vers. sed in alijs, inst.  
 de actionib⁹. Vnde & nomē habet à pugno, vt ait  
 Iureconsult. in l. plebs, §. pign⁹, ff. de verb. sig. At  
 hypothecæ subijciuntur non solum res mobiles,  
 sed etiā immobiles, l. 1. §. cum prædiū, ff. de pig. &  
 hypoth.

Tertiò differunt forma. Quia pignus rei tra-  
 ditione actuali constituitur, l. si rem, §. propriè,  
 ff. de pig. act. hypotheca verò nō aliter quā nuda  
 conuentione & voluntate, l. contrahitur, ff. de  
 pig. & hypothecis. Quartò differunt effectu:



quantum ad actiones, quoniam pignoratitia est in personam actio, l. solutum, §. per liberam, ff. de pig. acti. At hypothecaria est in rem actio, l. pignoris, ff. de pig. & Hyp. & l. eos, C. qui potiores in pig. hab. Nec tamen hæ actiones differunt, quantum ad formulam hypothecariam, quam prætor etiam ad pignora extendit.

### *Quæ causa Efficiens?*

Causa efficiens est, contrahentium consensus, decretum iudicis seu magistratus, & lex. Quia, ut dictum est, nuda contrahentium conventio, per magistratum, vel iudicem, & legis auctoritate in certis casibus constituitur, pignus vel hypotheca.

### *Quæ Materia?*

Omnes mobiles, immobiles, corporales, incorporeales res, ut sunt cautiones, nomina debitorum, personales servitutes, & prædiales servitutes, l. cum conuenit, ff. eo. l. si is, ff. de pig. acti. po. possunt etiam res præsentis, futuræ, fructus pendentes, partus ancille, fructus pecorum, & quæ nascuntur, in causam pignoris obligari, ff. eo. Eximuntur autem obligationi pignorum res quæ sunt extra commercium, ut sunt res sacræ, religiosæ, publicæ, liber homo, l. 3. C. quæ oblig. c. lator, ext. eo. Res etiam Ecclesiæ oppignari non debent, nisi necessitate & ratione iudicanti hoc suadente, c. nullus, extr. eod. & quæ lege alienari prohibentur: est enim oppignatio quædam alienatio: l. fin. C. de rebus alienatis. sunt res litigiosæ, fundus dotalis, res minorum, ab hisque



absque decreto iudicis, tot. tit. ff. de feud. dotali,  
& tot. tit. C. de reb. absque decreto: iud. & c. Bona  
feudalia, & res alienæ, debet enim pignori dans  
ius in re quo iure ipsa res afficiatur constituere,  
quod absque domini expresso consensu fieri nõ  
potest, l. rem alienam, ff. de pig. act. & toto tit. C.  
si res aliena.

### *Quæ Forma?*

Vt à debitore res mobilis vel immobilis, cor-  
poralis vel incorporalis, eius retento dominio  
tradatur creditori, vt retineat, donec debitum  
omnimodò persoluatur. Vel nuda cõuentione,  
pacto, & vtriusque tam debitoris, quàm credito-  
ris consensu, absque vlla traditione in re oppi-  
gnoranda obligatio ad securitatem debiti ex  
soluendi constituitur: licet & ex modo obli-  
gationis, quæ testamento vel auctoritate legis,  
& magistratus, inducitur, causa formalis etiam  
petenda sit, Dd. in l. contrahitur, ff. de pig. & hy-  
po.

### *Quis Finis?*

Vt securiores reddantur creditores, & vt ha-  
beant suum creditum saluum. tutius enim est pi-  
gnori incumbere, quàm in personam agere, §.  
furti, institut. de ob. quæ ex del. nas. sicuti cum  
melior sit, possidentis conditio, tutius est non  
soluere, quàm solutum repetere, l. ideò, ff. de cõ-  
pens.

### *Quis Effectus?*

Actio pignoratitia, quæ duplex est, directa sci-  
licet & contraria. Directa est actio Ciuilis, bonæ  
fidei,



fidei, in personam, quæ competit debitori aduersus suum creditorem, ad repetendum pignus uentionale, satisfactione præcedente, ad fructus & interesse, ad æstimationem damni dolo creditoris in re pignorata lata, vel leui culpa data, & sequendum: & deniq; ad restituendum reliquum præcij, cum vsuris, quod creditor ex venditione pignoris plus debito accepit, l. eleganter, ff. de pig. act. Contraria autem datur creditori aduersus debitorem, qui pignus pro debito sufficiens dedit, aut si aliquid impensarum necessarium in rem pignori datam contulit, restituatur. Competit etiam, ad consequendum interesse euictionis, quod creditor vendens pignus præstitit. Et generaliter quatenus creditori interest ipsum in pignore, seu, per pignus esse deceptum, l. tutor, §. contrariam, l. si rem alienam, §. omnis, ff. eod.

Datur etiã actio, quasi seruiana, vel hypothecaria, quæ est prætorica & realis. qua creditori contra possidentem ad rei possessionem conueniendam, quæ ipsi, iure pignoris aut hypothecæ pressè est pignorata: ut eam vel retinere possit, nisi redempta fu erit à creditore, l. si rem alienam, ff. de pig. act. Modus autem retinendi pignoris, exprimitur per l. 1. lib. 8. Codicis, l. si. C. de iure dominij, in fine, sub distinctione. Aut pactio de distrahendo pignore adiecta est: aut nullum pactum interuenit, ut distrahatur, potest creditor executione, tanq; ex voluntate debitoris distrahere.



Quod tamen ex bona fide facere solenniter, cō-  
 monefacto prius debitore, vt possit offerre præ-  
 cium, debet: Alioqui pignoratitia tenetur, l. 4. l.  
 specialiter, C. de distract. pig. Distrahere inquā  
 potest, eo modo, quo inter debitore & venditore  
 cōuenit, l. vetustissimā, C. de iure dñij imp. Secū-  
 dō, si de vedēdo pignore nihil cōuenit, interpel-  
 lādus est primū debitor, vt soluat, qui si deinde  
 cessarit biēnio (q̄ tamē à tēpore denunciationis  
 nō pignorationis factę numerandū est) pignus  
 vendi poterit, d. l. vetustissimā, vbi plu. & glos.  
 Si non reperiatur emptor, rursus admonendus  
 est debitor: qui si porrō cesset creditor sibi impe-  
 trabit ius dominij, sed tamen post talem domi-  
 nij adiectionem intra biennium integrū erit de-  
 bitori, recuperare rem ipsam, si creditori offerat  
 totum debitū cum eo, quod interest, à tempore  
 morę, d. l. vetustissimā, §. si verō nemo est, C.  
 de iure dom. imp. Tertiō, si pactum intercessit,  
 ne pignus distrahatur, & creditor aduersus con-  
 uentionem in itā, pignus distrahens, furti obliga-  
 tur, l. si is qui pignore, ff. de fur. nisi debitori ter  
 denuntiauerit, vt soluat, & cessarit, glo. in l. si cō-  
 uenerit: ab eo enim tempore, elapsa biennio, cre-  
 ditor pignus alienare potest, d. l. fin. C. de iure do-  
 minij impetrand.

### *Quæ Affinia?*

Fideiussiones. Horum enim est idē vsus, cūm  
 pariter ad iudiciorum & rerum credidarum se-  
 curitatem, vt scilicet cautum sit diligentius, sint  
 comparata, §. vlt. inst. quibus modis re contra-  
 hatur, &c. Vnde cūm quæritur cautio plenif-  
 sima,

finia,



652 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
fima, solet caueri p̄dibus & p̄dijis. Cicero  
rina 3. & Liuius, lib. 22.

*Quæ Adiacentia?*

Dolus, lata, & leuis culpa: ad cuius p̄ca-  
tionem adstringitur creditor, non autem ad  
pam leuissimam, vel casum fortuitum, §. fima  
stit. hoc. tit.

*Quæ Contraria?*

Solutio, permutatio, donatio, vel in  
datio pignoris, consensu creditoris facta,  
ctio, extinctio rei pignoratæ, iuramentum  
tentia, datio pignoris pignori, acceptio  
foris pro debito, pro quo lex constituebat  
thecam, in quibusdam rebus, oblatio, de  
pactum, de non petendo, nouatio, tempo-  
quod pignus constitutum lapsus, mutatio  
sonæ debitoris. Illis enim modis pignori  
gatio soluitur, tot. tit. ff. quibus modis  
hypoth. soluitur.

DE FIDEIUSSORIBUS

*Titulus XXII.*

Continuatio.

**A**ffinis pignoris nexui est, fideiussor  
pariter rebus creditis iudicijs q̄

*Quis dicitur Fideiussor?*

Fideiussor dicitur, qui per stipulationem  
ligatur pro alio principali, ad illud idem  
creditori diligentius cautum, §. 1. inst. de



*Quot modis accipitur Fideiussoris nomen?*

Duobus, largè & propriè. larga significatione omnis dicitur fideiussor, qui alterius obligationem in se transfert, & fide sua esse iubet. propriè autem, qui per stipulationem, debitoris obligationem in se suscipit.

*Vnde dictus Fideiussor?*

A fideiubendo, quasi alterius obligationem fide sua esse iubeat, §. fideiussor, instit. de fideiussoribus.

*Quæ causa Efficiens Fideiussionis?*

Voluntas personæ idoneæ. Vt autem idonea sit, tria desiderantur: 1. Vt sit fidelis. 2. Vt sit soluendo. 3. Vt sit ad conueniendum facilis: Nō miles, clericus, monachus, Doctor, Causidicus, cauillator, vel quidam alius, qui propter priuilegium, mores, inopiam vel munitiones, difficilis sit conuentionis, vt notat Hostiens. in §. & quis hoc tit. Monachus enim, nec naturaliter obligatur, cum nec velle habeat, c. nolle, 12. q. 2. Si tamē administrationem habeat, videtur obligari de his, quæ ad administrationem pertinent, arg. l. si quis in scio. ff. eod. Item clerici inseruientes fideiussionibus ab Ecclesia sunt abiiciendi, vt dicitur in c. 1. extr. eod. Quod tamen ita intelligendum est, si frequenter fideiubeant, & absq; vlla ratione, vt Ecclesiæ dānum inde sequatur, ad quod euitandum Clericis, vel Prælati Ecclesias obligat.



obligare prohibetur, licet ex pietate moderatè  
subuenire teneantur, c. non satis, 85, dist.

*Quæ Materia?*

Omnis obligatio tã ad producendã actionem  
efficax, quàm inefficax: Vt sunt naturalis & ciu-  
lis simul, ciuilis tantùm, vel naturalis tantùm, o-  
mnes ex cõtractibus vel delictis proficiscetes,  
vt ait Vlp. l. 1. ff. eo. Omni obligationi fideiussor  
accedere potest, quod explicat Iul. in l. fideiussor  
§. fideiussor, ff. eo. inquit: Fideiussor accipi po-  
test, quoties est aliqua obligatio ciuilis, vel natu-  
ralis, cū vbi nulla subest obligatio, nõ possit ac-  
cedere fideiussor, l. qui cõtra, ff. eo. naturalis  
nõ ex eo solo æstimatur, si actio aliqua coram  
iudice cõpetit, verùm etiã cū soluta pecuniã  
petiti nõ possit. Nã licet minùs propriè naturalis  
actionis debitores debere dicantur, per abusionem  
men debitores, & qui ab his pecuniã recipientes  
debitũ sibi recepisse, intelligi possunt, d. fidei-  
ussor. Accipienda igitur obligatio naturalis  
est, q̄ licet actionẽ nõ producat, impedit tamen so-  
luti repetitionẽ: vt quia per exceptionẽ nõ tollit  
actio. Nã si elisa esset per exceptionẽ, vt dicitur in  
illa, quæ post p̄scriptionẽ remanet, quæ tollit ci-  
uile obligationẽ, cū sit de iure ciuili & non  
naturalẽ, tunc distingueretur: an intercederet  
fideiussor ex certa sciẽtia, an per errorẽ. Quia  
priori quidẽ casu tenebitur fideiussor: quia excep-  
tionem p̄scriptionis renũciasse videtur. Alter  
verò nõ itẽ, propter errorẽ, & quia naturalis obli-  
gationis effectus est, ibi extinctus Castrenf. in l.  
quod enim, ff. eo. pari ratione ciuilis obligatio  
intelligitur, q̄ parit actionẽ & impedit soluti re-  
petitionẽ.



petitionem. Nā si secus, & vt plurimū contingit, qd' sola ciuilis, quæ remanfit sine naturali fit elifa per exceptionē, vt est in illa, quæ remanet post pactū, de nō petendo, vel post iusiurandū, huic enim obligationi fideiuffor cū effectu accedere nequit. Quia exceptio cōpetens principali debitori cōpetit etiā fideiuffori, l. exceptiones, ff. de except. Qd' procedit, si ante elisionē fideiuffisset, aliās renuntiaffe videtur, efficaciq; tenetur vinculo, l. si quis postq̄, ff. de fideiuf. oblig. ex delicto vel quāto delicto, p̄ficiscētib; fideiuffor applicari potest, l. Græcè, §. sed si ex delicto, ff. eod. q̄ ita intelligēdū est, si pœna pecuniaria sit. Nā si corporalis non admittitur fideiuffor, glos. in c. cū homo, 23. q. 5. & Panor. in Rub. de fideiuf.

### *Quæ Forma?*

Vt fideiuffor per stipulationē (putā ad interrogationē factā à creditore sic: Fide tua esse iubes, q̄ illi credidi? Et ille respōdeat: fide mea esse iubeo) se obliget pro principali debitore, ita vt si debitor nō soluat ipse ad præstationē debiti equè teneatur. Dico, equè. Quia fideiuffor in duriorē causā obligari nō potest, q̄ principalis debitor, licet in tenuiorē causā, vel arctiūs dato pignore, vel obligatiōis vinculo se obstringere, & suā cōditionē hoc modo duriorē facere possit. Durior n. causa hic intelligitur, q̄n in plus sese obligat fideiuffor vel re, vel loco, vel causa, vel tēpore, §. pl; aut, inst. de act. l. Græcè, §. illud, & l. hi qui accessiōis, ff. eo. l. si ita, ff. eo. potest etiā fideiuffor vel purè, vel sub cōditione, vel ad tēpus, vel ex tēpore dari. Quo casu post lapsū tēporis nō teneatur ampliūs, l. Lucius, ff. mādati, l. si cū Hermes, C. locati.

Quis



*Quis Finis?*

Vt creditoribus diligentius sit cautum, vt ait  
Iusti. in §. 1. in fit. eod.

*Quis Effectus?*

Obligatio illa, qua fideiussor tenetur credito-  
ri, si debitor nō soluat, si enim vnus sit ipse, debi-  
tore non solvente, vigore obligationis fideiuf-  
soriæ, per stipulationem constituta, à credito-  
re conueniri potest: l. si verò plures, eiusdem debi-  
toris fideiussores: singuli in solidum obligantur, si-  
ue expressum hoc sit, siue non, l. non recte, l. non  
ff. eod. Et potest creditor eligere à quo solui-  
petat, etiam principali debitore non conueni-  
sed & eo, quem elegerit nō satisfaciente, ad alium  
reverti potest: cæteri enim electione nequaquam  
liberantur, l. iure nostro, C. eod. Diuus tamen  
Hadrianus æquitate mōtus, Beneficium diuini-  
pluribus fideiussoribus concessit, vt inter eos  
vidatur obligatio ante solutionem, nec, nisi  
virili parte, quilibet eorum conueniri potest, l.  
inter plures, ff. eod. Sunt enim quatuor  
beneficia fideiussoribus competentia, quorum  
duobus antequam soluât, alijs duobus aut post  
factam solutionem iuuantur. Primum est  
beneficium excussionis, extr. de p. p.  
sente, C. de fideiuss. Quo creditor fideiussorem  
impetere prohibetur, nisi prius excusso princi-  
pali, quo absente, vel non soluendo existente, in  
idem peruenitur ad fideiussorem, d. auch. p. r. r.  
te. Quod quidem beneficium æquitate nititur.  
Cùm fideiussor in subsidium tantum teneretur,  
alio animo se obligare videatur, quàm vt non  
soluat.



soluat, priusquam confiterit, debitorem nol-  
 le, vel non posse, solvere. Huic tamē beneficio fa-  
 uore fideiussorum introducto, quin ipsi fideiuf-  
 sores renuntiare possint, dubiū non est, Dd. in d.  
 auth. præsente, & l. si quis in conscribendo, ff. de  
 pactis: Alterū est beneficiū diuisionis ex Episto-  
 la Diui Adriani introductū, quo inter fideiufso-  
 res plures eiusdem debitoris, non quidē ipso iu-  
 re, sed ad petitionem eorū, ante solutionē diui-  
 ditur obligatio. Nec aliter, quā, pro virili par-  
 te, quilibet eorū tenetur: modò oēs, tempore li-  
 tis contestatae, sint soluēdo, ad eod, vt si quis fide-  
 iussorum post diuisionem factā efficiatur non  
 soluendo, ceteros ampliū nō oneret, sed credi-  
 toris damno hoc cedat, l. inter eos, §. pen. ff. eod.  
 Ex quo tertiū beneficiū, actionū scilicet ceden-  
 darum cōpetens post solutionē infertur. Nam si  
 nō allegato D. Adriani beneficio vnus ex fideiuf-  
 soribus solidū soluit, potest petere à creditore,  
 vt ei cedat actiones, quibus aduersus cōfideiufso-  
 res ad viriles portiones agere possit, l. Sticho, §.  
 si cū vltimo, ff. de solutio. Quartū remediū est,  
 actionis mandati. Quod remediū non cōpetit,  
 si soluerit fideiussor, vel re vera nō soluerit, sed  
 obtulerit, cōsignarit, vel deposuerit in iudicio  
 debitū. Nā & ea solutionis vice sunt & liberatio  
 nē tribuūt, l. obligatione, C. de solu. & l. acceptā,  
 C. de vsuris. Datur enim huic mandati actio ad-  
 uersus principalē debitore, ad repetendū id, qd  
 pro eo solutū est, l. indebitū, ff. de cond. ind. Nec  
 aliqua ante solutionē factā fideiussori cōtra de-  
 bitore datur actio, exceptis tribus casibus quos  
 Greg. IX. notat in c. fin. ext. eod. i. Si debitor diu  
 T f inde-



658 ANALYS. IURIS PONTIFICII  
indebiti solutiōe cessauit, 2. Si ipse dissipare bo-  
na sua cœpit. 3. Si fideiussor per sententiã iudicis  
condemnatus fuit, vt soluat. His casibus fideiuf-  
sor agere potest, vt à fideiussione liberetur.

### *Quæ Affinia?*

Conueniunt cum fideiussore, quòd pro alijs  
intercedant mandator, sponsor, constitutor, &  
expromissor. Mandator dicitur, qui alicui au-  
thor est, mandatq; vt pecuniã det mutuo, aut vt  
tempus solutionis proroget: & hi regulariter p-  
cedunt, rei principalis obligatiōe, l. fideiussor,  
ff. de fideiuf. Constitutor ex diuerso appellatur,  
qui pro alio se soluturũ cõstituit, quod ipse  
tẽ debebat: sequitur enim obligatiōe, & in  
nudo tantũ pacto, vel etiã per epistolã fieri po-  
test, l. quidã, ff. de cõst. pec. Sponsor dicitur, qui  
sua sponte, & non rogatus, intercedit pro debi-  
tore p̄sente. glo. in §. 1. nouel. de fideiuf. Exprom-  
missor is propriè dicitur, qui pro eo promittit,  
qui ipse efficaciter obligatus non est: Velut qui  
pro seruo centũ domino promittit, si eum ma-  
numittat, l. eleganter, §. seruus, ff. de dolo.

### *Quæ Adiacentia?*

Paritas obligatiōis, mandatum & beneficiũ  
fideiussoribus competentia, de quibus supra.

### *Quæ Pugnancia?*

Promissio pro re turpi, fideiussio, nulla exis-  
te obligatiōe, cui accedat, obligatiō in plus cui  
debitor tenetur facta, nouatio, solutio, cõfusiō,  
p̄scriptio, sententiã diffinitiuã, iuramentum,  
temporis, in quod facta fideiussio, lapsus. DE



LIBER TERTIVS. 659  
DE SOLVTIONIBVS.

*Titulus XXIII.*

Continuatio.

Ideiusioni contraria est, solutio: quia, solutio eius, quod debetur, non tantum principalis, sed etiam accessoria obligatio, evertitur.

*Quid est Solutio?*

Solutio nihil aliud est, quam rei debitæ, per ipsum debitorem, vel alium, eius nomine creditori idoneo satisfactio facta, l. satisfactio, ff. de solutio.

*Quæ causa Efficiens?*

Voluntas debitoris, vel alterius, nomine debitoris solventis etiam debitore inuito. Quia soluere pro ignorante & inuito cuique licet, cum sit iure civili constitutum, licere etiam ignorantis inuitique meliorem conditionem facere, l. soluere, ff. eod.

*Quæ Materia?*

Est id ipsum, quod in obligatione est, modo corporale sit. Nam incorporalia non recipiunt solutionem, nec traditionem, l. feruus, §. incorporales, ff. de acquir. rerum dominio.

*Quæ Forma?*

Est actualis satisfactio, per ipsum debitorem, si est habilis persona, vel per alium eius, nomine creditori idoneo, secundum quod conuentum est, legitime facta. Quibus requisita ad solutionem continentur.



tur. Primò enim requiritur, vt persona solues,  
vel illa, cui soluitur, sit habilis & idonea psona.  
Quia prodigus, furiosus, pupillus, quâuis debe-  
ant, non tamen sine tutorum curatorumve au-  
thoritate rectè soluunt, nec ijs soluitur, Dd. in l.  
non omnis, ff. de reb. cred. l. q. si fortè & l. pupil-  
lo, ff. eo. Secundò requiritur, vt actualis sit satis-  
factio, propter res incorporales, quæ, sicuti tradi  
non possunt, ita nec solui: imò satisfactio, q̄ fit  
sine pignoribus, siue fideiussoribus, volente cre-  
ditore, pro solutiõe habetur, l. satisfactio, ff. eo.  
Tertiò requiritur, vt solutio legitimè, & secun-  
dùm conventionis legem fiat. Non enim iniusto  
creditori, alio loco, quàm quo conuentũ est, re-  
ctè soluitur, l. i. & l. pen. ff. de eo, quod cer. loco  
aut alio tempore: nisi citioris tempus enim ad-  
iectum debitoris gratia videtur, l. quod ad dē,  
ff. eod. Aut in alia moneta; nisi creditoris nihil  
interfit, l. Paulus, ff. eo. Deinde, totũ quod solu-  
tur, est soluendũ, ad hoc, vt cõtingat liberatio  
etiam, eod. Neq; enim per partes solutionem ad-  
mittere creditor cõpellitur, l. tutor, ff. de v. fur.  
Et quidẽ ita soluendũ, ne quo modo res autem  
possint, siue in specie debeatur, siue in generi  
qui sibi, & l. si rem meam, ff. eod.

*Quis Finis & Effectus?*

Extinctio obligationis, non tantũ primari-  
lis sed etiam accessoriæ. Quia, solutione eius, sol-  
debitur, omnis tollitur obligatio: ad eò, vt de  
ignora & hypothecæ soluatur. Nec, per soluta  
te retineri possint, ob solas v. furas, nec fideiussor  
ex fideiussoriõe facta manet v. lterius obligatus. i.  
mi



mul enim cum ipsa obligatione tolluntur omnia, quæ ei accedunt, & veluti appendent, l. per retentionem, C. de vsuris, & l. solutū, §. si in fortē, ff. de pig. act. Nec interest, quis soluat, vtrum ipse, qui debet, an alius pro eo. Si tamen fideiussor soluerit, interest: an debitoris nomine, vel suo proprio nomine, soluerit. Nam si debitoris nomine, debitor principalis ipso iure liberatur ab obligatione: secus si proprio nomine. eo enim casu non ipso iure, liberatur debitor, sed exceptionis, ex facto fideiussoris competentis adminiculo, l. Papinianus, ff. mandati, l. Stichum, aut Pamphilū, §. mandato, ff. de solut.

### *Quæ Affinia?*

Acceptilatio, nouatio, delegatio, confusio, oblatio, consignatio, depositio, compensatio, transfusio, bonorum cessio, rei interitus, iuramentū, pactum de non petendo. Omnia enim hæc obligationes solvunt.

### *Quid est Acceptilatio?*

Acceptilatio est, liberatio per mutuum interrogationem, qua vtriusque contingit, ab eodem nexu, liberatio, siue absolutio, vt Modestinus definit, in l. 1. ff. eo. Et necesse est, quod per stipulationem debeat id, quod per acceptilationem tollitur, ideoq; si alio contractu debeat, necesse est, quod nouetur per stipulationem, & huius effectus est, qui & solutionis. Quia acceptilatione omnimodo ab obligationis nexu contingit liberatio, l. si accepto, ff. eod.

*Tit 3*

*Quid*



*Quid Nouatio?*

Nouatio est, prioris debiti in aliam obligationem civilem, vel naturalem, transfusio: nec refert vtrum prius fuerit civilis, vel naturalis, re, verbis, vel qualiterq; contracta, l. 1. ff. eod.

*Quid est Delegatio?*

Delegatio est, cum quis vice sua debitorem suum consentientem delegit creditori suo: ita ut debitor promittat per stipulationem debitum creditori: fit enim delegatio, vt Vlp. ait, vel per stipulationem, vel per litis contestationem, l. delegare, ff. de nouat. Ad hoc tamen, vt delegatum procedat, requiritur: 1. mandatū delegantis. 2. Vis, qui delegatur, sit debitor delegantis. 3. Voluntās & consensus delegati. 4. Vt debitor promittat debitum creditori, per stipulationem, nomine delegantis, l. quamuis, ff. de nouat. & l. 1. C. de nouat.

*Quid Confusio?*

Confusio hic dicitur, si vi successionis obligationes confundantur. Vt si Reus debendi creditori vel econtrā creditor hæres debitoris erit, l. si debitor creditori, ff. de fideiuf.

*Quid Oblatio, Consignatio, Depositio?*

Oblatio, consignatio, depositio fiunt, cum in aliquo loco & tempore res debita offertur, consignatur, & deponitur, liberantq; debitorem, a solutione ab obligatione, l. 1. ff. de posit. l. consignatione, C. de solut. l. acceptam, C. de ris.



*Quid est Compensatio?*

Compensatio est, debiti, & crediti inter se cō-  
tributio, l. 1. ff. eod. quæ ideò necessaria est ad tol-  
lendā obligationem, pro rata quantitatis cō-  
currentis. Quia interest, nostra potiùs nō solue-  
re, quàm solum repetere, l. 3. ff. de compens.

*Quid Transfusio?*

Transfusio hic dicitur, cūm debitor depor-  
tatur, aliudū delictum cōmittit: propter quod  
omnia bona eius publicantur. Eo enim casu,  
transfunduntur obligationes in fiscum: ita vt  
debitor, ipso iure liberetur, fiscusque obligetur  
creditoribus, tanquam successor, l. si debitori, ff.  
de solut.

*Quid bonorum Cessio?*

Cessio bonorum fieri dicitur, quum debitor  
profitetur, se velle cedere omnibus bonis, & for-  
tunis suis, siue in iudicio, siue extra iudicium, co-  
rā, aut per nuntium, aut per epistolam, l. fin. ff.  
eod. Propter quam cessionem, debitor beneficiū  
competentiæ habet, vt vltra, quàm facere possit,  
non condemnetur, l. 4. ff. de cess. bon. Nec tamen  
ea ab obligatione naturali, vel ciuili liberatio-  
nem, sed tantūm exceptionem inducit, l. vnica,  
& ibidem Dd. C. qui bo. ced. possint.

*Quæ Pugnancia?*

Prodigalitas, furor, minor ætas dantis, vel ac-  
cipientis, non accedente tutoris, vel curatoris au-  
thoritate, simulata solutio, defectus traditio-  
nis, deceptio circa monetam, tempus, vel locum  
solutionis interueniens.



*Titulus XXIII.*

Continuatio.

**T**itulus iustus transferendi dominij est, ipse donatio, cum liberalis in donando ad praestationem rei donatae iuris remedio compellatur. Nam & hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, ut debere se, quod sponte tribuit, existimet: Et nisi in beneficijs suis creuerit, nihil se praestitisse putet, ut ait Gregorius c. 1. extr. eod.

*Quid est Donatio?*

Donatio est, mera liberalitas, qua id, quod nullo iure cogente debetur, conceditur, d. c. 1. extr. eod. & l. donari, ff. eod.

*Vnde dicitur Donatio?*

Donatio dicitur à dono, quasi doni data natus, §. donatio, ff. de donat. causa mor.

*Quotuplex Donatio?*

Iulianus in l. 1. ff. eod. triplicem communitur donationem: scilicet, puram & simplicem, conditionalem, & donationem ob causam.

*Quid est Donatio simplex?*

Donatio simplex est, cum quis, ex mera liberalitate, pure, sine aliqua conditione, vel causa, vel promittit, ut statim velit accipientis fieri, nec villo casu ad se reuerti, l. 1. ff. eod.



*Quæ causa Efficiens?*

Ius ciuile. Eo enim iure donationis ius ita cōstitutum est, vt necessitatem præstandi inducat, l. si quis argentum, C. eod. Et libera donatoris voluntas, l. rem legatam, ff. de adimen. leg.

*Quæ Materia?*

Res mobiles, & immobiles: quæ etiam alienari possunt, ob id res, quæ non alienatur, donari nequit.

*Quæ Forma?*

Vt donator, per stipulationem, vel nudo pacto, promittat vel det rem, quæ donari possit, ex mera liberalitate: etsi summâ 500. aureorû ipsa excedat, in sinuetur notioni magistratus. In rebus autem Ecclesiasticis vel spiritualibus obseruetur forma alienationibus præscripta: scilicet, accedat consensus Capituli, vel Prælati, nullumque Ecclesiæ damnum ipsa respiciat, c. pastoralis, & c. fraternitatem, extr. eod.

*Quis Effectus?*

Conditio ex lege, quæ datur donatario cōtra donatorem, ad tradendam rem donatam, vel ipsius æstimationem, si non habet facultatem tradendi: præstaturque euictio, si donator quid dolo fecerit, l. si quis argentum, §. si autem, C. eod. & l. aristo, ff. de donat. Quamuis enim olim ad donationis perfectionem necessaria fuerit, vel stipulatio, vel præsens traditio: iure tamen nouo ex hoc donatio non inuadatur, quòd stipulatio non intercessit, vel res tradita non est. Sed et-



iam nudopacto ea perficitur, daturque inde actio, nempe condictio ex noua Iustiniani constitutione, d. l. si quis argentum.

*Quæ Affinia?*

Venditio, & alij contractus nominati, Nā hodiè donationes, exemplo venditionum, datur atque conuenit, perficiuntur, & pœnitentia excusa, habent necessitatem traditionis, vt ceteri contractus nominati, l. fin. C. de reuocan. donat.

*Quæ Pugnantiæ?*

Ingratitudo: ob quam ipse reuocatur. Eius autem ingratiitudinis plures sunt causæ, quas Gregorius IX. in c. fin. ext. eod. & Imperator in l. fin. C. de reuocandis donat. recensent. Sunt autem: 1. Si iniurias atroces in donatorem effundat. 2. Si manus impias inferat. 3. Si graue damnum in rebus donatoris dederit. 4. Si vitæ eius fuerit infidatus. 5. Si placitis & conditionibus donati adiectis parere nolit. Ob has enim ingratiuitate causas, donatio reuocari potest. Cuius rei gratia Ne cuiquam licentia sit, & alienas res rapere, & liberalitatem irridere donatoris, l. generaliter, C. de reuocandis donat.

*Quid est Donatio conditionalis?*

Donatio conditionalis est, quæ sub conditione concepta est: Vt donatio, causa mortis, in fideratione impendentis mortis, aut penitentia in donatarium transfert. Hac tamen conditione, vt, post ipsius obitum, res maneat potius per donatarium, quàm hæredem donantis: vel si conualuerit, malit se habere, quàm ipsum donatarium, l. 1. ff. de donat. causa mortis.



*Quot sunt Donationis causa mortis**Species?*

Iulianus in l. 2. ff. de donat. caus. mor. cōstituit tres: 1. Cūm quis nullo præsēntis periculi metu, cōterritus, sed sola mortalitatis cogitatione donat. quod quidem exprimendum est, alioquin pura erit etiam à moriente facta donatio, l. Seia, ff. eod. 2. Cūm quis, imminente periculo, commotus ita donat, vt statim res fiat accipientis. 3. Si quis, periculo mortis non sic det, vt statim faciat accipientis, sed tum demū cūm mors fuerit secuta: quæ donatio, sub conditione pendet. Superior statim quidem perfecta est, sed sub conditione resoluitur, l. senatus, §. mortis, l. si alienam, ff. de donat. caus. mortis.

*Quæ causa Efficiens?*

Voluntas donatoris, dominium rei donatæ, sub conditione expressa, si mors insecuta fuerit, in donarium transferentis, d. l. senatus, & l. 1. ff. eod.

*Quæ Materia?*

Omnes res mobiles, & immobiles, quæ in humanum commercium venire non prohibentur, & quæ testamento relinqui possunt. vniuersitas tamen bonorum, non, nisi in vim fideicommissi, ita vt scriptus testamento, vel ab intestato heres deducat quartam, mortis causa donari potest, l. Scauola, ff. ad Treb. Alc. ad l. licet, C. de pact.

*Quæ Forma?*

Vt donator, vel in scriptis, vel sine scriptura, stipulatione, vel nudo pacto, in iudicio, vel extra iudi-

iudi-



iudicium, coram quinque testibus, sub expressa conditione mortis insecuta, donatario presentis docet, l. Seia, & l. inter mortis, ff. de mortis causa donat.

### *Quis Effectus?*

Retentio rei tradita. Quod si non tradita sit rei vindicatio: quæ competit ad consequendam rem donatam, nulla obstante vsucapione, l. Senatus, §. 1. ff. de dona. cau. mor. Expensæ tamē necessaræ vel viles, per doli exceptionem recuperantur, si mortis, ff. eod. Alter effectus est, translatio in fidei tituli vsucapiendi, l. qui alienam, ff. de dona. cau. mor.

### *Quæ Affinitas?*

Mortis causa capio, legata, & aliæ vltimæ voluntates. Mortis tamē causa capio differt à donatione causa mortis. Quia in mortis causa donatione obligatur, qui donat plerunque & empta, & plerunque traditur statim res: sed mortis causa capio est, quando post mortem alicuius datur alicui, causa conditionis implenda, ut quicquid, propter alicuius mortem obuenit, ut cri, siue ex donatione, siue alia occasione, generaliter mortis causa capi, & capio, ex causa hereditaria acquisitio dicitur, l. si mulier, et, l. mortis, ff. de mor. causa donat. Distat etiam donatio causa mortis à legato: quod legatum regulariter pertinetur ab hærede: donatio autem plerunque à donatore. 2. In legatis inspicitur, vtrum legatarius iustus sit legati, sed in donatione, causa mortis, conditione donatoris attenditur, l. senatus, §. si quis, ff. eod.



mod. Plures differentias vide in glos. instit. eo.  
tit. §. hæc mortis.

*Quæ Pugnantiæ?*

Pœnitentiæ, & mors donatarij, si ante condi-  
tionem donationis impletâ contingat. His enim  
duob' modis, donatio, mortis causa, resoluitur:  
qua resoluta conditio personalis, vel utilis in  
rem actio, ad recuperationem rerum donatarû  
competit, l. senatus, & l. si mortis, ff. eod.

DE PECVLIO CLERL  
CORUM.

*Titulus XXV.*

Continuatio.

Clerici licet de peculio indifferēter donatio-  
nem simplicem facere possint: tamen pieta-  
tis ratio suadet, vt quæ intuitu Ecclesiæ quæsitæ  
sunt, Ecclesiæ remaneant, c. i. extr. de testa. & c. fin.  
extr. eod.

*Quid est Peculium?*

Peculium dicitur pusillum patrimonium, seu  
pusilla pecunia, seruo à domino, vel filio famili-  
arum à patre concessa, & seorsum à rationibus do-  
mini, vel patris posita, l. depositi, §. peculium, ff.  
de peculio.

*Quoruplex Peculium?*

Quadruplex: puta, profectitium, aduentitiû,  
castrense, & quasi castrense, profectitiû est, quod  
ex re patris eiusve occasione, ad filium proficisci-  
tur.



tur. Et hoc acquiritur patri, quò ad proprietatē  
& vsumfructum, gl. in l. cū oportet, C. de bon.  
quæ lib. Aduentitium est, quod non ex re patri,  
sed aliunde, scilicet, ex donatione, successione,  
vel ex prosperitate fortunæ prouenit, d. l. cum  
oportet. Et huius peculij proprietatē filio, vbi  
fructus autem patri acquiritur. Castrense pecu-  
lium est, quod à parentibus vel cognatis in mi-  
litiā donatum est, vel quod ipse filius familiæ in  
militiā acquisiuit, quod, nisi militaret, adqui-  
ritur non fuisset, l. Castrense, ff. de Castrensi pecu-  
lio. Et hoc quò ad proprietatem & vsumfructum  
ad filium spectat. Demum, quasi Castrense pecu-  
liū dicitur, quod filius familiæ aduocat, excu-  
sarium patrocinijs, præfectus magistratus, vel  
aliis in officio constitutus, ex functione, vel pu-  
blico munere, procurator, notarius, opera sua  
clericus ex sacerdotiorum prouentibus acqui-  
uit, l. fori tui, C. de aduo. diuersi, iud. & ibi  
Bart. in rub. de pecul. cuius peculij proprie-  
tatem & vsumfructus simul ad filium familiæ spectat.  
igitur conquisita ex prouentibus sacerdotum  
eius naturæ, cuius & bona peculij quasi Castren-  
seantur, hinc quæri solet: an clericus possit  
illa alienare possit? Et distinguitur: in  
nationem, quæ cōtingit per actus inter vivos,  
quæ per vltimā voluntatem, quoniam post  
dem illa in vita sua, prout vult, administrare  
distrahere. Non autem testamentario vel heredi-  
torio nomine alicui heredum pro hereditate  
linquere, nisi forsan cui Episcopus, pro seruati-  
o ac præstatione Ecclesiæ largiri voluerit, c. h. qui  
sanè, ext. eo. Quia de rebus Ecclesiæ, vel Ecclesiæ



intuitu quæsitis, testari prohibetur, cum illa Ecclesiæ, unde prouenerunt, remanere debeant, c. 1. ext. de testamentis. Præsumitur autem de bonis Ecclesiæ quæsitum, quicquid à rectore Ecclesiæ, tempore promotionis nihil habente, quæsitum est, c. 1. extr. eod.

## DE TESTAMENTIS ET vltimis Voluntatibus.

### *Titulus XXVI.*

#### Continuatio.

**C**lericus de rebus patrimonialibus pro libitu disponere potest, easque per viam testamenti, vel aliam vltimam voluntatem, alicui relinquere.

#### *Quid est Testamentum?*

Testamentum, secundum Vlp. in l. 1. ff. eod. est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit: ex eo appellatum, quasi testatio mentis sit.

#### *Quotuplex Testamentum?*

Tria testamentorum genera olim vsurpata fuerunt. Vnum, quod, calatis comitijs in cõcione populi fiebat. Alterum, in procinctu, cum viri ad prælium faciendum vocabantur. Tertium, per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur, Gellius lib. 15. cap. 27. Quibus abolitis, duplex testamenti genus: scilicet, solenne & nuncuparium, successit. Dicitur autem solenne, quod, debitis solennibus obseruatis, in scriptis cum subscriptione & consignatione septem

te.



testium omni exceptione maiorum, conditum est, l. hac consultissima, C. eod. Nuncupatum auté, quod absque scriptura nuncupato tantum coram septem testibus rogato adhibitis, herede, Alc. lib. 2. parer. cap. 32.

*Quæ causa Efficiens?*

Ius gentium, secundum Theophilum in b. institut. de iure Natu. Gen. & Ciuili, qui testamenti factionem iuris gentium esse asserit, licet formæ testandi vtentium moribus fuerit variata. Non auté iure ciuili certa præscripta, qua, ratione testamenti, subscriptionis, vel sigillationis, alteriusque solennitatis requisitæ, vitiatæ, totus actus condit, l. si vnus, C. de testa. l. scio, ff. de testibus.

*Quæ Materia?*

Omnia bona testatoris, tam mobilia, quam immobilia. Quia de omnibus rebus testari licet, in quibus hæres institui potest. Cum igitur ius iuris sit successor, non poterit hæres in rebus institui: quia in ea nihil iuris ad hæredem testatore deuoluitur, l. interdum, ff. de hæred. institut.

*Quæ Forma?*

Forma solennis testamenti est, vt testator habens testamenti factionem, scribat testamentum, vel alium, ad scribendum, adhibeat: in quo instituat hæredem capace[m], postq[ue] subscriptionem & sigillationem offerat septem testibus ad hoc rogatis, & omni exceptione maioribus debitis subscriptionibus & consignationibus confirmatum, l. hac consultissima, C. eod.

Forma



Forma nuncupatiui testamēti est, vt nulla scriptura interueniente, testator coram septem testibus voluntatem suam declaret: nec ad eius substantiam scriptura pertinet, licet testatoris voluntas coram testibus declarata quandoque in scripturam redigatur, argu. l. contrahitur, ff. de pig. act. Nec aliter hoc testamenti genus à solēni differt, quàm quòd in solenni celetur, in nuncupatiuo autem exprimat voluntas. Omnia etiam requisita, quæ in solenni testamento desiderantur, & nuncupatiuo testamento adhiberi debēt, excepta sola scriptura, subscriptione, & sigillatione testium. Requiritur autem ad solēne testamentū: primò. Vt testator habeat testamenti factionem actiuam: hoc est, vt possit condere testamentum, de quo habentur tituli in C. &, ff. qui testamētum facere possint. 2. Vt fiat institutio hæredis, qui habeat testamenti factionem passiuam: id est, hæres in testamento institui non prohibeatur, de quo in tit. de hæredibus instituendis, C. &, ff. 3. Si testator literas norit, vt propria manu testamentum scribat, aut si non velit, vel non possit, alio scribente, se subscribat. 4. Præsentia septem testium, præter eum, qui loco testatoris scribit. 5. Quòd illi testes sint ad hoc rogati, & non casu accesserint, l. hæredes palàm, ff. eo. 6. Vt illi testes sint omni exceptione maiores, nō mulieres, impuberes, serui, muti, surdi, furiosi, p̄digi, vel potestati testatoris subiecti. 7. Quòd testes se subscribant, si possint, non autem vnus pro alio. 8. Vt testes consignent proprijs annulis vel alienis, si proprios non habent, l. si vnus, eod. 9. Vt omnia illa vno contextu, nullo alieno

VV

acta



actu interueniente fiant: nisi humana necessitas aliud coegerit, l. cum antiquitas, C. de testa. Vltimo denique requiritur: Quod testes sint in presentia & conspectu testatoris, ipsi sumq; oculis videant. Et predicta adeo sunt necessaria in testamento solenni, vt si vnum deficiat, vitietur testamentum, ob defectum solennitatis: nisi patens testetur inter liberos: quia tum duos testis adhibere satis est, d. l. hac consultiissima, §. ex imperfecto, & ibidem Dd. C. eod. Vel ad pias causas valet enim vltima voluntas, ad pias causas, coram duobus testibus declarata, c. relatum, eod. eod. Imo testamentum, quod Parochianus coram presbytero parochiali & duobus testibus ordinavit iure Canonico subsistere, Alexander III. decreuit, c. cum tu frater Episcopo esses, eod. eodem.

### *Quis Finis & Effectus?*

Successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Testamentarius enim hæres in ius defuncti succedit. 2. Petitio hæreditatis, quæ defuncti ipsi instituto heredi, aduersus eum, qui ea vel res hæreditarias, pro hærede, vel pro possessoris fore, possidet, l. regulariter, ff. de petit. hæred.

### *Quæ Affinia?*

Aliæ vltimæ voluntates, quæ licet careant solennitatibus, eundem tamen, vel non multum diuersum à testamento habent effectum. Vt in testamento inter liberos, ad pias causas inter vivos, tempore pestis aut belli, per preces, Principi, vel magistratui oblarum testamentum, vel



pud acta, coram iudice factum, & codicillus. Ad  
 testamentum inter liberos sufficiunt duo te-  
 stes, siue masculi, siue fœminæ, de quo habetur  
 in d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto cum  
 auth. seq. C. de test. & l. fin. C. fam. hercis. Testa-  
 menti ad pias causas ratio non secundum leges,  
 sed secundum decretorum statuta, quibus ad va-  
 lorem tres vel duo testes legitimi sufficiunt, exi-  
 gitur, de quo in c. relatum, extr. eod. Testamen-  
 tum rustici adhibitis quinque testibus conditum  
 subsistit, l. fin. C. eod. Testamentum militare, si  
 in castris, vel expeditione à milite fiat, etiam o-  
 mnibus destitutum solennibus, modò duorum  
 testium depositione possit probari, valet. Adeò  
 ut si in conflictu hostium miles sanguine suo in  
 gladio voluntatem vltimam notauerit, vel pul-  
 ueri digito inscripserit, testamenti habeat vigo-  
 rem, l. milites, C. de militari testamento. Testa-  
 mentum tempore pestis coram duobus vel tri-  
 bus testibus, conditum etiam subsistit: nam il-  
 lud instar militaris testamenti iuris gentium,  
 (quod hunc testium numerum exigit) esse cen-  
 setur, multoquæ magis, ob periculum mor-  
 bi, ipsa testatoris voluntas, quàm in alijs testa-  
 menti requisita solennitas attenditur, Bart. in  
 l. vni. ff. de bonorum posses. ex testamento mili-  
 tis. Testamentum coram Principe factum, dici-  
 tur quod Principi vel magistratui offertur, quo  
 rum approbatio omnem solennitatem supplet,  
 l. omnium, C. eod. Testamentum apud acta fieri  
 dicitur, non modò, quod fit in iudicio, verùm  
 etiam quod extra iudicium, in præsentia iudicis  
 vel magistratus & notarij publici. Est enim testa-



menti factio, voluntariæ iurisdictionis, debet  
 in loco publico expediatur, non requiritur,  
 tantum, vt coram iudice explicata in acta  
 ca referatur, Salicetus in l. pacta nouissima, C.  
 pactis. Codicillus est, vltima voluntas,  
 sine solennitatibus requisitis, per fideicom-  
 missum aliquid relinquitur, l. fin. C. de codicil-  
 lis. Nam solennitates: scilicet, septem testium  
 merus, rogatio, subscriptio, & subsignatio,  
 non requiruntur: sed tantum quinque adhi-  
 bentur testes. Deinde, nec dari, vel adimi heredes  
 & proinde nemo heres codicillis instituitur  
 ne confundantur iura codicillorum, & testame-  
 ntorum, l. 2. C. de iure Codicillorum. Confir-  
 mantur autem quatuor modis codicilli: Aut enim  
 futurum confirmantur testamento, aut in-  
 teritum, aut per fideicommissum testame-  
 nto non iure facto, aut, sine testamento, ab in-  
 testato, l. 8. ff. de iure codicil. Et denique reuocantur  
 subsequens testamentum, aut codicillos  
 rios, licet, si codicilli diuersi sint, subsistant  
 que, l. 3. C. de codicil.

### *Quæ Adiacentia?*

Institutiones, substitutiones, exha-  
 nes, legata & fideicommissa. Institutio  
 caput & fundamentum testamenti est,  
 missa, ipsum non subsistit, l. 1. ff. de heredi-  
 tut. & est Ordinatio, qua quis in bonis  
 lium dominum, qui ea per aditionem heredi-  
 tis adipisci poterit, constituit, l. cum heredi-  
 de acquir. possess. Substitutio est in loco



iuscunque instituti hæredis deficientis suppositio: quæ vel directa, vel fideicommissaria est. Directa est, per quam substitutus directò, sine alterius ministerio hæreditatem capit testatoris. Et diuiditur in vulgarem, pupillarem, exemplarè, breuiloquam & compendiosam. Vulgaris est, quæ à quolibet testamenti factione habente, cuiuslibet capaci, verbis apertis, & vulgaribus directe fieri, & in quemcunque casum concipi potest: sic appellata, quòd sit maximè communis, & vulgò fieri soleat, Bart. & Dd. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. Pupillaris substitutio est, Ordinatio hæredis, à patre in testamento filio impuberi in potestate cõstituto facta, sub ea cõditione, si impubes decefferit, Zasius in tractat. substit. cap. 2. Exemplaris substitutio, dicitur, cum parentes vtriusque sexus substituunt furioso, vel mente capto eius descendentes, vel his deficientibus fratres, vel etiam extraneos: si scilicet neque ascendentes, neque etiam fratres supersint: dicta exemplaris, quia ad exemplum pupillaris introducta est. Breuiloqua: quæ continet duas vulgares, & duas pupillares substitutiones: Vt cum duo impuberes in potestate constituti, instituti à parente sibi inuicem reciprocè substituuntur. Compendiosa est, quæ verborum compendio vltra pubertatem porrigitur, & plures etiam substitutiones, seu tempora, complectitur, l. precibus, C. de impub. & alijs substitu. Fideicommissum, seu fideicommissaria substitutio est, per quam substitutus hæreditatem ex manu alterius, & sic via obliqua, capit, de qua tit. in C. de fideicom. & ff. ad senatus consul. Trebel.



Legatum est, vt ait Florent. in l. legatum, ff. de leg. 1. deliberatio hæreditatis: quia testator ex eo quod vniuersum hæredis foret alicui quid collatum vult. Exhæredatio est, liberorum ab hæreditate & succedendi iure exclusio, propter causam in testamento insertam, & legitime probatam, à parentibus facta, sunt autem XIII. causæ, ob quas exhæredatio filiorum fieri potest: que notantur in §. aliud quoque, auth. vt cum de ap. latio. cogn. collat. 8.

### *Quæ Pugnantiæ?*

1. Defectus requisitorum. Nam si testamentum careat solennitatibus, vel qua alia re, que necessariò desideratur, destitutum fit: nisi aliqua iusta causa ipsum sustineat, tunc nullum iniustum, & non iure factum, dicitur. 2. Modi, quibus testamentum rumpitur. Rumpitur primò, per agnationem sui hæredis: naturalis, puta, vel ciuilem: quod fit, si post testamentum factum natus fuerit posthumus, vel testatoris quem, qui per adoptionem, in eius transeat potestatem, adoptauerit, vel arrogauerit, l. si de iniusto rupto & irrito fact. Secundo rumpitur per posterius testamentum, cum testator à priore dispositione discedere, & ad extremam vitæ exitum mutare voluntatem suam potest. l. 4. ff. de adimen. leg. 3. Modi, quibus testamentum fit irritum, scilicet, maxima, vel media capitis diminutione, deportatione, vel condemnatione ad pœnam capitalem, ipsius testatoris, l. si



l. si quis filio, ff. de iniusto rupto & irrito facto testa. 4. Modi, quibus inofficiosum redditur testamentum: & dicitur inofficiosum, quod contra pietatis officium factum est, quod contingit, si parentes, absque legitima exheredationis causa, prætereant liberos: pari ratione liberi parentes, descendantibus non existentibus, vel fratres sororesque vtrinque coniuncti, turpi persona instituta, se prætereant. Ob id prædictis præteritis personis datur contra quoscunque hæredes subsidiarium remedium, ad rescindendum tale testamentum. Hoc est querela inofficiosi testamenti, qua petitur, ut iudex testamentum ex officio suo rescindat, quasi contra pietatis officium conscriptum, l. 2. ff. de inoff. testa. l. fratres, C. de inoff. testa.

## DE SVCCSSIONIBVS ab intestato.

### Titulus XXVII.

#### Continuatio.

**H**æreditas duplici iure defertur, vel ex testamento, quæ testamentaria, vel ab intestato, quæ proprie legitima nominatur, quoniam eam lex ipsa absque hominis facto defert.

#### Quis dicitur Intestatus?

Intestatus decedere dicitur quatuor modis scilicet, si nullum omnino fecerit testamentum



680 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
vel fecit sed non iure, vel iure fecit, sed postea  
ruptum, irritumque factum est, vel ex eo nullus  
hæres extitit, l. intestatus, ff. de verb. sig. & l. i. ff.  
de suis, & leg.

*Quomodo Intestati successio legitime  
defertur?*

Primò liberis, secundò parentibus, & cum  
isdem fratribus, tertio à latere coniunctis, habi-  
ta propinquitatis, & coniunctionis ratione, de  
quo habetur in Nouel. 118. & auth. in successio-  
ne, auth. defuncto, C. de leg. lib. & auth. cessante,  
& auth. post fratres, C. de leg. hæredibus.

*Quomodo Clerico Intestato decedenti  
succedatur?*

Hostiensis in §. qualiter, hoc tit. ita distinguit.  
Aut clericus patrimonialia bona intestatū de-  
dens relinquit: & tunc propinquiore copulati-  
li succedunt, c. si. 12. q. 5. c. vlt. §. sed si Episcopus  
bus non existentibus, Ecclesia admittitur, c. 12.  
tū, 12. q. 5. ita tamen, vt vxor si quam clericus  
bet, Ecclesiæ preferatur, l. si qs presbyter, C. de  
pis. & cler. Aut bona, intuitu Ecclesiæ quæ  
liquit: & Ecclesia omnibus præfertur, in tantum  
vt nec de ipsis dispositio vltima valeat, c. 1. ex  
de testamen. Quod si autem omnia bona  
sint confusa, vt quid patrimoniale, vel ab Eccle-  
sia sit? secerni non possit: in quatuor partes  
culiū est diuidendū, & vna pars Ecclesiæ, altera  
Episcopo, tertia pauperib. quarta parécibus  
neis assignanda, c. sancto, ext. eo. Quod quidē ob  
neg.



net, si peculia verè confusa esse cõster: Nã si dubi-  
 tetur, fueritq; clericus tẽpore suæ promotionis  
 egens, quicquid post Ordinationem acquisiuit,  
 id totum de bonis Ecclesiæ acquisiuisse præsu-  
 mitur, & ided sola Ecclesia ad intestati succes-  
 sionem admittitur, c. 1. extr. de pecul. cler. & c.  
 quicumque. 12. q. 3.

## DE SEPULTVRIS.

*Titulus XXVIII.*

## Continuatio.

**N**on tantum de bonis testatorum, quàm  
 intestatorum demortuorum legitimè  
 distribuendis: sed etiam quomodò Chri-  
 stiani pij & Catholici corpus ab anima relictũ,  
 iuxta morem consuetum, sepulturæ mandetur,  
 cura & sollicitudo Episcopo incumbere debet.

*Quid est Ius Funerandi?*

Ius funerandi est, potestas tumulandi Christi-  
 anorum corpora in cæmeterio Ecclesiastico, ex  
 assignatione Pontificis, vel consuetudine Eccle-  
 siæ proueniens, Hostiens. eod. titu. §. quid ius fu-  
 nerandi.

*Quæ causa Efficiens?*

Canon, consuetudo funerandi, autoritas  
 Pontificis, vel Episcopi, c. sicuti antiquitus, 17. q.  
 4. Licet enim sepulchra quilibet facere possit, in  
 re propria, & in sepulchro proprio siue cõmuni  
 ius funerandi habeat, locus tamen sacer nõ fit,  
 nisi



nisi Episcopi autoritate accedente, Mynl. §. religiosum, inst. de rerum diuis.

*Quod Obiectum?*

Corpora Christianorum ex hac vita piè & religiosè decedentium, c. qui diuina, 13. quæst. 1. Hinc colligi potest: quibus sepultura denegata sit: scilicet, paganis, hæreticis, vsurarijs, delinquantibus Ecclesiæ persoluere decimas, iniuriam possessas, excommunicatis, furibus, latronibus, raptoribus, apostatis, seipos interficientibus, propter propria commissa scelera interfecit Ecclesiam, dist. 3. c. fures, extr. de furtis, c. quæst. omnibus, extra de vsuris, c. placuit, 23. q. 5. c. 1. apud, 88. dist. Vide etiam plures casus in Holsteni, §. quibus interdicitur, hoc tit. & Panormi tract. de visit. 2. parte, q. 3. num. 56.

*Quæ Forma & modus Sepeliendi?*

Vt Christianus hinc piè discedens, in Publica Ecclesia, vel vbi maiorum suorum sepultura constituta reperiuntur, aut quem locum sibi delegerit, consueto more sepeliatur, c. 1. tit. in 6. Testatur Augustinus ad Marcellinum De ciuitate Dei, Romanis magnam sepulturae securam, multaq; & varia solennia adhibuisse. hinc multa de religione sepulchrorum poenæ legibus addita, qui hoc vel illud commiserit: vt, qui parentes in calamitate deseruit, qui causas mortis non reddiderit, qui alteri iniuste trucidauerit, insepultus abijciatur.



Cicero, pro Milone ed infelicius dixit cadaver  
Publij Clodij fuisse, quod honore illo, & consue-  
ta funeris pompa caruerit. Recenset etiam Cice-  
ro, lib. 1. Tuscula. morem fuisse Aegyptijs condi-  
re mortuos, & domi seruare. Persis tera circum-  
litos, vt quammaximè diuturna permaneant  
corpora, habere. Magis nō humare corpora, nisi  
à feris sint antea dilaniata. Fuit etiam apud Eth-  
nicos vetustissima humandi & sepeliendi homi-  
num corpora consuetudo: sed successu tempo-  
ris, cum ab hostibus humatorum corporum re-  
liquiæ in contumeliam ex terra crebrius erue-  
rentur, cadauera demortuorum hominum igne  
conflagrari & consumi, vt tantæ exercendæ ini-  
uriæ facultas hostibus absunderetur, mos ir-  
repsit.

*Quis Effectus iuris Funerandi?*

Perceptio portionis canonice aliarumque re-  
rum Ecclesiæ relictarum, ab eo, quem sepulturæ  
tradi religiosum fuerat: secus, si, ob delictum,  
vel aliâ causam, sepeliri fuerit prohibitus. Hoc  
enim casu sepeliens ipso facto excommunicati-  
onis sententiam incurret, à qua nisi prius ad ar-  
bitrium diocesani Episcopi, ijs quibus iniuria  
irrogata fuerit, satisfactionem competentem  
exhibuerit, absolui non poterit, nullo priuile-  
gio exemptionis ei suffragante, Clem. 1. eod.  
titu. Imò qui ita contra Canones sepulturæ tra-  
diti sunt, si eorum corpora à corporibus infi-  
delium discernantur, exhumandi sunt, quod  
si discerni non possint, ne forsan fidelium  
reliquiæ effodiantur, non sunt extumulandi.

Licet



licet enim non obsit iustis sepultura nulla, vel vilis, impijs tamen celebris vel speciosa nõ prodest, c. sacris, extr. eod. Est & iuris funerandi effectus actio funeraria, de qua infra, eod. titulo.

*Quotuplex est portio Canonica?*

Duplex Parochialis & episcopalis. Parochialis dicitur portio, quæ parochiali ecclesie, vel ipsius Curato & Rectori debetur.

*Quæ causa Efficiens Canonice portionis parochialis?*

Causa efficiens sunt, Conciliorum decreta, & Bonifaciana, vel Clementina constitutio, c. cum super, extr. eod. Clem. 2. eo. tit.

*Quæ causa Impulsiva?*

Ipsa æquitas, vt parochialium ecclesiarum Pastores, impensi laboris aliquod habeant saluamen, Clem. 2. eo.

*Quod Obiectum?*

Canonice portionis præstationi obiectum bitum seruitiũ & munus Rectoris ecclesie quæ ipse summo pietatis feruore obire tenetur. magis enim quasi remunerationem Canonice portio soluitur.

*Quæ Materia?*

Omnes res corporales, & incorporales, mobiles & immobiles, quæ alij ecclesie extra eam qua quis diuina officia audit & Sacramenta percipit, relinquuntur, ex quibus Canonica portio parochialis ecclesie Rectori exoluenda detrahatur.



*Quæ Forma constituendæ Canonice  
portionis parochialis?*

Vt quis aduersa valetudine laborans in alia ecclesia extra eam, in qua diuina officia audiuit, vel sacramenta percepit, elegerit, eidemq; res aliquas reliquerit, quarum rerum cõiunctione vel computatione facta, detrahatur quarta pars, vel etiam tertia, vel dimidia, si hoc consuetudinis sit, & Rectori vel Curato parochialis ecclesiæ concedatur, Clem. 2. & c. cum super, extr. eod. c. certifiasti, ext. eod. & c. vobis, 12. quæst. 2. Dico: (aduersa valetudine.) Quia duo excipiuntur casus, quibus canonica portio, de rebus alteri ecclesiæ relictis, nõ detrahatur: scilicet, primò, si quis sanus, & nulla ægritudine correptus alij ecclesiæ, extra propriam parochiam, quid reliquerit, bona enim sua, tunc non tantum religiosis, sed etiam priuatis quibuslibet conferre potest, c. donare, 88. disti. Altero, si pro fabrica, anniuersario, pro equis, armis, contra infideles exercendis, vel ad perpetuum cultum diuinum in infirmitate constitutus reliquerit. Non enim, his casibus, detrahatur canonica portio: nisi in fraudem parochialis ecclesiæ hoc factum probetur.

*Quæ causa Finalis?*

Ne Rectores parochialis ecclesiæ, vel ij, quibus cura animarum commissa est, debitis fraudentur subsidijs. Nam cum cui libet liceat, etiam extra illam ecclesiam, in qua diuina percipit, sibi in alia Ecclesia sepulturam deligere, ne quis immemor parochialis ecclesiæ, à qua bona acce-  
pit



pit largis donis aliam amplectatur, iure statuto est, vt de relictis quarta vel amplior pars, si moris sit, detracta Rectori parochiae adiudicetur, al. Clem. 2.

*Quid est portio Episcopalis?*

Portio Episcopalis est, quarta pars, quae de oblationibus, & redditibus, ratione altaris prouenientibus detrahitur, & Episcopo, propter officium episcopale, quod ei incumbit, conceditur. ff. in §. de quibus, hoc tit.

*Quae causa Efficiens?*

Canon, vel statutum Pontificis, Episcopo de redditibus & oblationibus canonicam portionem concedentis, c. concesso, 12. q. 2.

*Quae Materia?*

Omnes oblationes, & redditus, ratione altaris prouenientes, in quibuscumque rebus illa consistant: de quibus tamen relictis parochialis portio non detrahitur, nec episcopalis detrahenda erit, c. fin. extr. de Testa. & c. cum inter, extra verb. signifi.

*Quae Forma constituenda huius portionis?*

Vt facta distributione reddituum & oblationum in quatuor partes, vna Episcopo, altera Clero, tertia pauperibus, quarta fabricae detur. Redditus enim & oblationes fidelium in quatuor partes diuidenda, varijs Canonibus cautum est. Quarum prima Episcopo, eiusque familiae, propter hospitalitatem, & susceptionem, debetur. Altera



Altera clericis, pro officiorum suorum sedulitate, distribuitur. Tertia fabricæ & Ecclesiæ religiosiq; domibus reparandis impeditur. Quarta in pauperes & peregrinos erogatur, c. concessio, c. Vulturana, c. mos est, c. vobis, &, c. de redditibus, 12. q. 2.

*Quæ causa Impulsiva?*

Est ipsa æquitas. Quia æquum est, vt onere grauatius commodis subleuetur, c. Romana, de cens. in 6. & Hostien. in §. & vtrum, vers. quis ergo, eod. tit.

*Quæ causa Finalis?*

Vt tantò decentius & honestius Episcopus se alat, hospitaliorq; in pauperes existere possit, nõ debet Canonica portio, propter onus Episcopale, sibi debita, priuari, Hostien. d. §. & vtrum, vers. Episcopus, eod. tit.

*Quæ Affinia Episcopali portioni?*

Parochialis portio: quæ cum episcopali pari passu ambulat: Procuratio, & cathedraticum. Procuratio est, quæ ratione visitationis, vel pacti, vel consuetudinis, vel priuilegij Episcopo debetur. Cathedraticum verò, quod in signum subiectionis, vnde nec ipsum in alium transferri potest, exoluitur, c. pastoralis, extr. de donat.

*Quæ Adiacentia?*

Sepulchrum, monumentum, & impense. Sepulchrum dicitur, locus, vbi corpus ossaue hominum condita sunt, & differt à sepultura, quæ pro officio, quod sepeliendis impeditur, vsurpatur, c. per-



c. percipiendum, 12. quæst. 2. Monumentum est quod memoriæ seruandæ causa, existit, dictum à muniendo, quasi causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum est, l. funera, §. monumentum, ff. de religiof. & sump. Sed melius Florentinus in l. monumentum, eod. At enim: monumentum, generaliter res est, memoriæ causa in posterum prodita, in quasi corpus, vel reliquie inferantur, fiet sepulchrum: si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci <sup>νεκροτάφον</sup> appellant. Impensæ recuperantur actione funeraria ad id propriè introducta cōtra hæredes. Actio funeraria, inquit Ulpianus, oritur ex bono & æquo. Continet enim funeris causa tantam impensam, non cæterorum sumptuum: acquiritur autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, & ex bona fide, magis imputetur sumptus nomine, quam si factum est, neque tantum quantum factum est, si iudicè factum est, l. & si quis, §. hæc actio, ff. de relig. & sump.

### *Quæ Pugnantiæ?*

Pactum & promissio de funerando, hæresis, apostasia, usura, sui ipsius interfectio, blasphemiam diuini nominis, excommunicatio, suspensio, homicidium. Et alia omnia delicta ob quæ sepultura denegatur: vt, furtum, læsionum, &c.



## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Quota sit canonica portio debita Ecclesie Parochiali, attenditur loci consuetudo: aliàs quarta pars relictorum esse censetur, c. certificaſti, extr. eod. & c. vobis, 12. quaest. 2.*

*Decedens intestatus sepelitur in sepulcro maiorum, licet ipse eligere possit aliam sepulturam in alia ecclesia: quo casu ecclesia Parochialis habebit canonicam portionem, eius, quod relinquit ecclesia, in qua sepultus est, c. nos instituta, extr. eod.*

*Si vxor sepulturam non eligat, tenetur sequi sepulturam ultimi viri, si plures habuerit.*

*Non potest quis, etiam iureiurando à seipso abdicare liberam eligendæ sepulturae potestatem, c. 1. eod. tit. in 6.*

*Quibus non communicamus viuis, nec defunctis communicare debemus, c. 2. 24. q. 1.*

*Pro sepultura non possunt clerici aliquid exigere, nec consuetudo in contrarium valet. Possunt tamen vltro oblata accipere, glos. in c. abolenda, extr. eod.*

## DE PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

## Titulus XXIX.

## Continuatio.

**I**us funerandi iuris parochialis species est, & parochiarum rectoribus conceditur: quid igitur sit ius parochiale? scire conuenit.

Xx

Quid



*Quid est Ius Parochiale?*

Ius parochiale est, administrandi divina ministeria & distribuendi populo vni ecclesie deputato, ab eodemque percipiendi redditus, & oblationes, potestas, Hostien. §. in quibus, eod. tit.

*Quid est Parochia?*

Est locus, in quo degit populus alicui ecclesie deputatus, certis limitibus constitutus, *ἄνω τῶ παριχωρίῳ*; quod præbere, vel largiri est: quod ibi fit sacramentorum distributio, c. plures in p'tismales, 16. q. 1. & Hostien. ibi.

*Quæ causa Efficiens iuris Parochialis?*

Est authoritas Pontificis, consuetudo, vel piscopi voluntas, & consensus Capitali, vel authoritate Episcopi. Sicuti enim illi parochia certis limitibus determinando cōstitueret, earum Rectoribus iura parochialia conferre possunt: Licet & ipso iure, illa iura conferri videantur; cū, qui vult antecedens, vult videatur consequens.

*Quæ Materia in qua? vel quod Subiectum?*

Ius parochiale consistit in iure funerandi, & percipiendi primitias, & percipiendi oblationes, & denique iure percipiendi prouentus vndequaue debitos, c. vt de iur. cis, extr. eod.



*Quod Obiectum?*

Est cura animarum sibi cōmissarum, de quibus parochialis Sacerdos Deo reddere rationem tenetur, si culpa sua perierint, c. 1. extr. de officio Archidiano. c. placuit, 16. q. 1. & c. requisivisti, extr. de testamen. Cura consistit in munere diuino obeundo, instruendo & docendo populo suæ Parochiæ deputato, administrandisq; sacramentis, &c.

*Quæ Forma constituendæ Parochiæ?*

Vt consensu Episcopi, vel superioris prælati locus certis limitibus definitus, in quo populus commoratur, alicui ecclesiæ assignetur, Rectorq; qui huius populi, in salutifera institutione, distributione sacramentorū, administrandisq; alijs diuinis officijs, diligentē curā habeat, constituitur. Qui nec alienū parochianum, nisi de licentia sui Prælati, vel ad Ordines, vel ad sepulturas admittere debet, c. nullus, extr. eod.

*Quis Effectus?*

Ipsa perceptio decimarum, primitiarum, oblationum, & proventuum vndequaq; debitorū ipsi Rectori parochialis ecclesiæ, ob curam pro animabus sibi commissis habitam.

*Quis dicitur Parochianus?*

Parochianus dicitur, ratione domicilij: vnde si quis transfert domicilium, parochianus dicitur illius Ecclesiæ, ad quam transfertur, c. fin. extr. eodem. Sed si in diuersis locis pariter

XX 2

degit,



degit, vtriusq; ecclesiæ parochianus intelligitur,  
l. assumptio, ff. ad municipal. Quæ situm est de  
scholaribus: & iure Canonico, si de licentia Pre-  
latorum causa studiorum aliò proficiantur,  
parochiani fiunt Episcopi, ad cuius ecclesiã se-  
ferunt, c. relatũ, extr. de cler. residen. iure autem  
ciuili de eius foro non videntur, nisi per decem  
annos ibi commorati fuerint, l. 2. C. de incol.

## DE DECIMIS, PRIMITIIS & Oblationibus.

### Titulus XXX.

#### Continuatio.

**I**us percipiendi decimas, primitias, vel ob-  
lationes, ad ius parochiale spectat, Rectoribus  
quæ parochiarum ecclesiarũ, pro habitantibus  
animarum, quandoq; debetur.

#### *Quid est Decima?*

Decima est, quota bonorum mobilium  
quæ sitorum portio, Deo, tam diuina, quam  
mana constitutione debita, &c. Et dico. Quia  
portio, quia ipsa non vbiq; decima portio  
sed pro consuetudine locorum incerta & vari-  
Consuetudo igitur attenditur in cognoscenda  
quotam istam, c. ad Apostolicã, &c. in alio  
bus, extr. eod. Nec potest huius portio  
tudo exprimi, cum consuetudo sit, quid sit  
factum autem variũ & incertum, Dd. in l. 1.  
ti condictio, ff. si cert. petat.



*Quot sunt Decimarum species?*

Duæ: personales & prædiales. Personales sunt, quæ ex proventibus propria cuiusq; solertia & industria quæsitis deducuntur: scilicet, de negotiatione, artificio, militia. Prædiales sunt, quæ proveniunt ex ipsis prædijs, vel quæ de fructibus prædiorum penduntur: vt de fœno, lana, de proventibus molendinorum, etiam eorum, quæ vento impellente agitantur, & de fructibus alijs, c. ex multiplici, c. 4. & c. seq. 16. quæst. 1. Sunt tamé, qui tertiam speciem, mixtam constituunt: sed ea sub alterutra, cuius naturam magis sequitur, continetur.

*Quæ causa Efficiens?*

Est lex diuina, quæ ita se habet: Decimas & primitias non tardabis offerre, & quicquid decimum fuerit, sanctificabitur Domino, Exod. 22. & Leuit. vlt. cap. & c. reuertimini, 16. quæst. 1. Debebantur enim ex veteri lege quatuor genera decimarum: 1. Decimam partem omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. 2. Rursus ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est, inferiorum ministrorû gradus decimas dabant sacerdotibus. 3. Erant aliæ decimæ, quas vnusquisq; de populo Israël in suis horreis separabat, vt cõederet eas, cum iret in templum, in vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi Sacerdotes & Leuitas inuitaret. 4. Erant illæ decimæ, quas pauperibus recondebant. Vnde istud: Qui bonis parentum & opibus sustentari possunt, si, quod pauperum est, accipiunt, proculdubio sacrilegium



694 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
committunt, & per abusionem talium, iudiciū  
sibi manducant, & bibunt, c. 1. extr. eod. c. quon-  
iam, 16. q. 1. & c. parochianos, extr. eod.

*Quæ Materia?*

Fructus rerum mobilium, & immobilium, &  
se mouentium, & lucra hominum ex negocia-  
tione, artificio, vel militia, quæ sita. Non ipsæ  
mobiles, immobiles, se mouentes, vel personæ,  
quæ ex aliqua negotiatione lucrū faciunt. Vnde  
de agro iuri decimandi obnoxio decima pro  
ipsum agri non præstatur, sed fructū ipsius a-  
gri, & sic de alijs rebus, &c. De piscuis igitur, pa-  
sionibus domorū, prouentibus molendinorū,  
tam quæ fluuio, quàm quæ vento impelluntur,  
piscinis, furnis, balneis, argentifodinis, lapideis,  
metallinis, fructibus omnium prædiorū,  
borū, vt pomis, piris, oleo, hordeo, tritico, &c.  
quolibet genere frugum, & fructibus pecorū,  
lana, &c. & quauis negotiatione, artificio, vel  
litia hominum decimæ exoluuntur, c. quæ-  
sima, distin. 5. c. decimæ, c. reuertimini, &c.  
mas, 16. q. 1. Res se mouentes dicuntur, quæ  
ma vel intellectiua vel sensitua uiuunt: vt  
nia mancipia: putà, homines seruilis condi-  
nis, & bruta animantia cuiuslibet speciei. Vnde  
corpora omnis sensus expertia, quæ nuda aut  
vegetante mouentur: vt arbores, & alia, quæ  
materia subiecta indies incrementum sumunt.  
Hæc enim rectius sub rebus immobilibus  
continentur. Sunt autem res immobiles, prædiorū  
urbana quàm rustica, & quæ his, tanquam  
corpore, continentur: vt arbores aliæque in fructibus  
sonit



confita; quatenus enim illi coherent, pars eius, & eiusdem conditionis censentur, l. que de tota, ff. de rei vind. Mobiles denique res dicuntur, quibus motio detrimentum magnum, vel interitum non affert, sed ex sui natura & conditione, ijs permanentibus saluis, de loco in locum transferri possunt: ut vestimenta, omnis generis suppellectilia, pecunia. An autem pensio rebus mobilibus, vel immobilibus annumeretur? Vide Dd. in l. filius familias, §. diui, ff. de leg. 1. & l. à diuo, ff. de re iud.

### *Quod Obiectum?*

Est officium Ecclesiasticum. Dominus enim, teste Apostolo, epist. 1. cap. 9. ordinavit, ut illi, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuant, c. cum secundum Apostolum, extr. de præben. & econuersò: qui uiuunt de altari, officium debitum præstent. Vnde dicitur in c. ipsi sacerdotes, 1. q. 1. cum sacerdotes percipiant oblationes & decimas, preces absque intermissione ad Deum, pro populo, fundere debent, qui quò digniores, eò facilius in necessitatibus exaudiuntur. Ex his patet, impios, imò sceleratos iudicandos esse, qui patrimonium Christi, scilicet, decimas, oblationes, & pauperum contributiones, prædicandi Euangelij alteriusque ecclesiastici officij præstadi causa perceptas, fœdis libidinibus, voluptatibusque omnis generis exercendis, turpiter insumunt.

### *Quæ Forma præstandæ Decimæ?*

Vt persona non priuilegiata, de omnibus fructibus & lucris solertia & artificio quodam cõquisitis,



decimam portionem, vel quæ aliàs, ex cōsuetudine loci, dari cōsuevit, (vnde dicitur quora portio omnium mobiliū ex consuetudine loci constituenta) statim, & absq; diminutione, præstet ei, qui ius decimandi habet.

Requiritur enim primò, ad præstatione decimarū, vt persona talis sit, q̄ priuilegio aliquo sit munita: Vt sunt, Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij, qui decimarū prædiorum suorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, soluere non tenentur, c. ex parte, extr. eo. Alij aut Monachi regulares & Clerici, sicuti in Concilio Moguntinensi statutū inuenitur, prædiales decimas soluunt, etiã de noualibus, de quibus antea decimæ soluebantur, c. cunctis, & c. de decimis, 16. q. 1. Et est ratio: vt in d. c. cunctis. Quia quocumque modo, prædia ad illos peruenerint, non tamen debet Ecclesia suo iure priuari. Est aut nouale, ager nunc primū ad culturā redactus de quo quòd aliquando cultus fuerit, meminerit non extat, c. 1. extr. de verb. signifi. nisi ipsi priuilegium de decimis non soluendis sit consecutum: talè enim priuilegium Ecclesiasticæ personæ indultum, noualia & non noualia comprehendit, c. ex parte, extr. eod. & c. ad auertentiam, extr. eod. Non conducta prædia, vt tractatur in c. dilecti, extr. eod. Et proficit ipsi priuilegiato ad liberationem, si à Summo Pontifice habuerit: non autem, si ab Imperatore, vel laico aliquo Principe, c. tua, extr. eod. Quia sicuti laicus Princeps, etiamsi regni gubernacula teneat, ius decimandi non potest conferre, nec neque potest aliquem ab obligatione præstandi decimarum



decimæ, eximere, c. dudum, extr. eod. & c. cùm & plantare, extr. de priuileg. Potest tamen priuilegium etiam à Summo Pontifice concessum, si lesionem Ecclesiæ inferat, reuocari, c. suggestum, eod. Ratio est. Quia priuilegia ita interpretanda sunt, ne cui ius suum, & potissimum Ecclesiæ, auferatur, c. 1. 21. quæst. 1. Ex his perspicuum est, clericos tam seculares, quàm regulares, prædialiales decimas soluere non debere, non personales, nisi aliquo gaudeant singulari beneficij concessi priuilegio: Laicos verò Christianos ad præstationem prædialium & personalium indifferenter teneri: Iudæos verò, & à Christiana fide auersos ad prædiales tantum, c. de terris, extr. eod.

Secundò: Requiritur, vt detur de fructibus & lucris quarumlibet rerum: & sic res mobilis tantum in præstationem venit, non immobilis. Quia pars decima prædij ipsius, (vt supra dictum est) non debetur, sed portio emolumenti & commoditatis, quæ ex ipso prædio percipitur, c. ex transmissa, extr. eod.

Tertiò: Decima, vel quota portio, dari debet: illa enim non semper decima dicitur pars, sed quota portio fructuum ex rebus mobilibus immobilibus, & se mouentibus, prouenientium, quæ ex consuetudine loci variatur. Vbi tamen singularis statuti, vel cõsuetudinis probatio nõ fit, decima portio præstanda erit, c. 1. extr. eod. c. quoniam, 16. quæst. 1.

Quartò: Requiritur, vt statim cùm collecti sunt fructus, non deductis expensis, decimæ soluantur: etiam ante census, & tributorum præstationem.



nem. quod si secus contingat, etiam de illis decima detrahitur: quia res cum onere suo trahitur, & cum homines, extr. eod.

Quinto Requiritur: vt decima, illi præferatur cui debetur: Debetur autem personalis, parochialis, in qua quis sacramenta ecclesiastica percipit, & metfi lucrum alibi contigerit. In prædialibus tamen decimis, vt sciri possit cui debeatur, ecclesiæ, in qua quis Ecclesiastica sacramenta percipit, an in cuius territorio prædia sita sunt: additur cõsuetudo, c. cum sint homines, & c. ad apostolicam, extr. eod. Quæ si non sit, decime regulariter debentur Ecclesiæ, in cuius territorio prædia sita sunt: ita tamen, vt iusta, & canonice probata portione seruata, vna Episcopo, alteri clero, tertia fabricæ, quarta pauperibus detur portio, Hostiens. §. quomodo, hoc tamen quatuor, & c. Vulturana, 12. quæst. 2. Hoc in prædialibus à personalibus differunt. Quæ decimis prædialibus persoluendis, nullæ detur impensæ: Nam neq; semen, neq; sumptus in ledendo agro facti, ante decimas capi possunt, & c. ex parte, extr. eod. Nec impensæ, prædialibus da re factæ, ex fructibus vel pensionibus soluntur: veluti sumptus domui, molendinis, & similibus reficiendis impensi. Ratio est pastoralis, extr. eodem. Quia res meliorata, & restaurata, penes dominum permanent: tunc autem personales, quæ ex industria & arte, vel negotiatione hominis, & similibus contractæ, non æstimantur, priusquam impensæ tractæ, gloss. in c. pastoralis, & c. ad Apostolicam, extr. eod.



*Quis Effectus & Finis præstitæ  
Decimæ?*

Notatur in c. decimæ, 16. q. 1. quadruplex effectus. q. canō desumpto asseritur ex August. Serm. 119. de tempore, siue primæ Dominicæ post Trinitat. Quem tamen sermonem, vt & reliquos De tempore, falso Augustino adscribi docet E. R. in suis cens. ad illos libros. Primus effectus esse dicitur: sanitas corporis. 2. Abundantia fructuum. 3. Sanitas animæ. 4. Acquisitio cælestiū præmiorum, d. c. decimæ, 16. quæst. 1. si tamen decima non est præstita, competit actio cōfessoria ad petendam eam: imò etiam detrectans, per excommunicationis sententiam ad solutionem cōpelli potest, c. peruenit, ext. eod. l. vti frui, §. vlt. ff. si vlt. fructus petat.

*Quid est Primitia?*

Primitia, teste Hostiense, est, prima fructuum obuentio, siue pars Domino offerenda, §. fin. hoc tit.

*Quæ causa Efficiens?*

Lex diuina, iuxta illud Exo. 22. Primitias frugum terræ tuæ in domum domini Dei tui deferes.

*Quæ Materia?*

Fructuum omnium rerum mobilium, immobilium, & se mouentium.

*Quæ Forma præstandi Primitias?*

Vt quilibet ex fructibus perceptis, pro loci cōsue.

sue.



700 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
suetudine, (ita tamen vt mediocritas quædam  
feruetur) rectori parochialis ecclesiæ primitiæ  
det, c. doctos, & c. moderamine, 16. quæst. 1.

*Quid est Oblatio?*

Oblatio est doni, alicuius rei gratia, vitiosa  
ita præstatio.

*Quot sunt species Oblationis?*

Sunt tres. Prima est alicuius rei donatio, Deo  
vel Ecclesiæ, inter viuos, spontè facta. Secunda  
est, alicuius rei donatio, Deo vel Ecclesiæ, causa  
mortis facta: quæ ad instar & exemplum legatum  
rum hodie redacta est. & hoc nihil aliud est, quàm  
mortuarium, siue legatum vel relictum  
anima, de quibus habetur c. officij, extr. de  
stam. c. conquerente, extr. de offi. ordi. & c. in  
extr. de rebus Eccles. non alienan. Tertia est, ob-  
latio quotidiana, & est donum, quod populus  
vnius parochiæ, eiusdem Rectori, pro anima-  
rum cura, ad altare offert, c. quia sacerdos, 16.  
quæst. 1.

*Quæ Cognata Decimarum?*

Primitia, oblatio, procuratio, cathedralium  
census, exactiones, & alij clericorum prouinciarum  
tributa dicuntur, in c. decimæ, 16. quæst. 1. Deci-  
mæ egentium animarum tributa.

*Quæ Pugnancia?*

Illicita vsurpatio: Vt si laicus decimas fibi  
scribat, arrestatio, vel in pignus receptio, fecerit  
dum c. fin. eod. Præscriptio, præstationis retentio,  
diminutio, subtractio. Vnde notat Hostiensis



in §. & quare, hoc tit. Subtrahentem decimas variè delinquere: 1. Præuaricationem diuini mandati committere. 2. Rapinam, 3. Homicidium, 4. Sacrilegium. Vnde dictum Hieronymi: amico rapere quippiam, furtum est, ecclesiam fraudare, sacrilegium est, aut, quod apertissimi sceleris est, exinde aliquod subtrahere omnium prædonum crudelitatem superat, c. quoniam quicquid, 16. quæst. 1.

### AXIOMATA ET SENTENTIAE.

Domini prædiorum cogi possunt, vt prædia dent colē data libus, à quibus sine contradictione, Ecclesia possit decimas consequi, c. in aliquibus, eod.

Laicis, Ecclesias & decimas conferendi potestas nõ est, etiam si sint Reges, nec ex eorū titulo præstatur causa præscribendi, c. dudum, extr. eod.

Vna Ecclesia contra aliam decimas quadraginta annorum spacio præscribit, c. causam, extr. de præscript. Secus in Laicis.

Decimarum solutio prius facienda est, quàm census vel tributis: quod si tributorum, aut censuum solutio decimas præcesserit, ab ipsis quoque censibus & tributis decima deducuntur, c. cum non sit, ext. eod.

Decima sunt egentium animarum tributa: quas si quis uiderit, non solum ubertatem fructuum recipiet, sed etiam corporis & animæ salutem consequetur, c. decima, 16. quæst. 1.

Decima omnium fructuum prædij debetur ei, qui decimas ibi præscripsit: sed ad illud prædium præscriptio  
non



non extenditur, c. cum in tuam, extr. eod.

In prædialibus decimis non deducuntur impensis factæ in prædium, ex quo præstantur decima: sed in personalibus: eas enim quis præstare non tenetur, nisi deductis expensis, c. pastoralis, extr. eod.

Cui manus conceditur, minus concessum esse videtur, c. ex parte, extr. eod.

Imperialis concessio, sub quacunque forma, solutione decimarum, eximere non potest, c. na, extr. eodem.

Decima personalis solui debet Ecclesia, per locum ubi quis sacramenta percipit, tamen si alibi lucrum contigerit: in prædiali verò consuetudo loci attendenda: si nulla sit, iure communi penditur decima illi Ecclesie, in cuius territorio prædium situm est, c. ad scripturam, extr. eod. titulo.

Cum decima non ab hominibus, sed à locis instituta, quasi debitum exigere possunt, c. pariter, extr. eod.

Priuilegium interpretandum est, ne cui legere ferat, c. suggestum, extr. eod.

Personales decimas, ut de proprijs laboribus, non soluunt, c. decimas, 16. quest. 1.

Bonus perspector is est, qui vniuersas sibi commoues alit, atq; in necessitatibus iuuat, non qui in actionibus opprimit, c. nulli, 16. quest. 1.

Quicquid habent Clerici pauperum est, & illorum omnibus debent esse communes, c. quoniam, 16. quest. 1.



DE REGVLARIBVS, ET  
transeuntibus ad religionem.*Titulus XXXI.**Continuatio.*

**C**Lericorum duo sunt genera: quidam enim dicuntur Clerici seculares, quidam Regulares. De secularibus supra satis superq; dictum: restat de regularibus, siue religiosis.

*Quis dicitur Regularis, vel Monachus?*

Dicitur, qui per emissionem professionis, vel paternam deuotionem, sequenti rati habitatione, Prælati imperio sub aliqua speciali Regula subijcitur, Abb. in rub. hoc tit. gloss. in Clem. cum ex verb. tertio, de sententia excom. & Hostiens. in §. quis sit.

*Quot Religiones Monachorum?*

Quatuor religiones, à quibus omnes aliæ proficiscuntur, esse dicunt: scilicet, Basilij, Benedicti, Augustini, & Francisci, Sum. Angel. ver. religiosus.

*Quæ causa Efficiens?*

Professionis vel voti emissio, & paterna deuotio. Nam ex triplici capite quis fit monachus: aut ex propria professione, aut ex voti emissionem, aut denique ex paterna deuotione.

*Quomodo*



*Quomodo ex paterna deuotione quis fit Monachus?*

Ex paterna deuotione quis fit Monachus, cū pater filium impuberē monasterio offert. Quo casu, filius post pubertatis annū, si voluerit, monasterium egredi, poterit: quod si verò professio nem fecerit, vel factam de se prius ratā habuerit, poenitentiae locus vlteriùs non datur. Cūque professioe facta regulæ illius monasterij adstruxerit, c. cū virum, ext. eod.

*Quid est Professio?*

Professio, secundum Hostiens, nihil aliud, quàm certæ religionis solennis promissio, qua quis se obseruationi certæ alicuius Monachi regulæ obstringit, Hostiens, §. ad quid, veri professio, eod, tit.

*Quotuplex Professio?*

Expressa & tacita. Expressa est, quæ expressis & ad voluntatem profitentis cognoscitur, & commodis verbis cōtingit. Tacita autem, gestu & habitu profitendi voluntatem dicitur, veluti, si quis vltra probationis tempus, in monasterio permanserit, habitumque siue is nouus & professus communis, vel distinctus est, tenuerit. Vnde Toletano Concilio cautum est, clericis, qui se fingunt habitu & nomine monachos, & non sunt, corrigantur, vel vt veri clerici vel monachi fiant, compellantur, c. vt clerici, eodem.

*Quæ Forma professionis Expressæ.*

Vt nouus religiosus professurus pubes, c.



rā Abbate, vel Priore, alteriusq; nominis Præla-  
to, vel coram simplici etiam monacho, vel reli-  
gioso, à Prælato mandatum habente, eius reli-  
gionis, quam ipse sibi delegit, promissionem ac-  
cipiente, Conuentu præfente vniuerso, huius sen-  
tentia promissionem faciat, scilicet, sese Deo, &  
sanctis eius, & Prælato promittere, quantū auxi-  
lij sibi Deus concesserit, operam nauaturum, vt  
continentiam pro imbecillitate humana, seruet  
inviolatam, vtq; Prælato obedientiam, & obser-  
uantiam, ex ipsius Regulæ præceptis debitā præ-  
stet, vitæq; corruptos mores, & malam conuersa-  
tionem præmissa testatione, repudiandi sui pa-  
trimonij in melius reformet, notat Specula. tit.  
de regula, per c. vidua, c. porrectum, & c. ex par-  
te, 20. quæst. 1. c. ex transmissa, extr. de renunciat.  
c. cum ad monasterium, extr. de stat. monach. de  
betq; hæc professio in scriptis fieri, vt scripturæ  
ius contrariam conuincat voluntatem, d. c. vi-  
dua, & c. omnes fœminæ, 27. quæst. 1.

### *Qui Effectus?*

Titulus, de statu Monachorum, effectus expli-  
cat. Primus est, subiectio, qua monachus præla-  
to subijcitur, tot. tit. de stat. monach. Secundus,  
abdicatione proprietatis, vel patrimonij: Monachus  
enim nihil proprij habere debet, & si peculiū ha-  
bet, sine licentia sui Prælati, monasterio, in quo  
ab initio conuersatus est, sub Abbatis sui Regula  
competenti coercitione reddere cogitur, pœna  
habetur c. monachi, extr. de stat. monach. Scili-  
cet: remouetur ab altaris communione, & si sic  
decesserit, sepultura & fratrum communione  
Y y  
priua-



priuatur, c. Iohannes, extr. eo. Tertius, quod quicquid monachus legitimè acquirit, monasterio acquirat, habetur enim loco filij. Quartus, quod testamentum vel aliam vltimæ voluntatis dispositionem facere non possit. Quintus, quod ad iuris ciuilibi ipsi sunt interdicti, nisi sui Prælati accedat assensus, c. cum ad monasterium, extr. de stat. Monach. Vltimus effectus est, obligatio, qua monachus professione facta regulæ monachicæ illius Ordinis obstringitur.

*Quæ Cognata?*

Seruilis cōditio, clericalis ordo, aliudque genus, & personæ qualitas, qua iuri alterius subiicitur. Vt, sunt adscriptitij, filij familias in loco patris cōstituti. Oēs enim illi, ratione subiecti, affinitatem quādam inter se habent. sicut enim seruus iure dominico, filius iure patrio, adscriptitius iure reali fundi constringuntur: ita et monachus suo prælato subiicitur, & professione factæ vinculo ad Regulæ monachicæ obseruantiam ligatur.

*Quæ Adiacentia?*

Professio, probationis annus, cōsensus, habitus, gestus, abdicatio proprietatis, & custodia castitatis. Ad eam enim annexa, abdicatio proprietatis, & custodia castitatis, Regulæ monachicæ afferit Innocētius III. c. cum ad, extr. de stat. monach. vt contra eam, nec Summus Pontifex licentiam indulgere possit, d. c. cum ad.

*Quæ Pugnancia?*

Contraria protestatio, clerici gestantis habitus, c. consulti, eo. furor., c. sicut, eo. plagium, reuoc.



tio præstandæ professionis, impudicitia, rebellio, peculij retentio, repetitio mariti per vxorẽ in professionem non consentientem, matrimonij contractus, omnia crimina & delicta, quibus quis ab Ordine remouetur pupillaris ætas, non facta rati habitatione, reuocatio patris. Nam si filius familiæ impubes monasteriũ ingressus fuerit, intra annũ a patre reuocari potest, nõ post annum: si autem a patre eidem fuerit traditus, post pubertatẽ intra probationis annũ exire potest, non post. Quòd si exeat, & pater se cum suis bonis, & filio impubere obtulerit, filio egredienti debetur, de illis bonis ad monasteriũ trãs latis, legitima, c. cũ simus, c. si quis, & c. ad nostrũ, ex. eo.

## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Qui vltra annum habitum gerit, censetur professus, c. ex parte, extr. eod.*

*Illicitum iuramentum nullo modo seruari debet, c. veniens, extr. eod.*

*Charitas est fons proprius, cui non communicat alius, c. licet, extr. eod.*

*Professio nec fieri nec recipi debet intra annũ probationis: sed facta & recepta tenet, c. ad Apostolicã, ex. eo.*

*In subsidium fragilitatis humanae annus probationis est concessus, d. c. ad Apostolicam.*

*Impubes monasterium ingressus, post elapsum annũ, a parentibus reuocari non potest, c. si quis, eod.*

*Non potest quis ad religionem admitti, nisi sit legitima ætatis, & spontanea voluntate illud petat, c. nullus, extr. eod.*



*Episcopus contra generale Concilium dispensare nō potest, c. cum dilecti, extr. de elect.*

*Professio facta ante 14. annū nō obligat: post 14. verò, si fiat per susceptionem habitus, professorem etiam nō obligat, nisi detur perseverantia tridui, c. ad nostram, extr. eod.*

## DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

### Titulus XXXII.

#### Continuatio.

**E**Tiam coniugati conuersi, si ante confirmationem matrimonij, vel perfecto matrimonio utraq; coniugum volente monasticam vitam eligant, & professionem faciant, regulari obedientiæ obstringuntur.

#### *Quis dicitur Coniugatus?*

Coniugatus dicitur, qui sponsalia de presenti cum aliqua contraxit: siue matrimonium coniunctione perficiatur, siue non. Quamvis nuptias non concubitus, sed consensus faciat. *de sponsal.*

#### *Quid est conuersio Coniugatorum?*

Conuersio coniugatorum hic dicitur, cum coniugum, post contractum, vel consummatum matrimonium, se ab alterius conuersatione seiungit, & professione facta, ad monasticam vitam conuertit.

#### *Quotuplex coniugatorum Conuersio?*

Duplex. Vna, quæ ante perfectionem matrimo-



nij contingit, sponsalibus tamen de præsenti cōtractis, post consensum enim legitimum de præsenti, licitum est alteri coniugū, altero etiā repugnāte monasterium eligere, dummodò carnis cōmixtio non interuenerit: quo casu remanens, non prohibetur ad secūda transire vota, c. verūm, ex. eod. Altera, quæ fit post confirmatum & cōsummatum matrimonium: quæ non conceditur, nisi vterq; coniugum concordēs monasterio se dicarint: vel alter coniugum nulla conuersationis male suspiciōe, vel infamia notatus, continentiam vltro promiserit, c. coniugatus, & c. ex parte, ext. eod.

*Quæ causa Efficiens?*

Volūtas vnus cōiugis cōuersi, nuptijs nondū cōsummatīs: vel volūtas vtriusq; si cōsummatū sit matrimoniū, c. verūm, & c. cōiugatus, ext. eo.

*Quod Obiectum?*

Vita regularis, cui se conuersus addicere præsumpsit, c. sanè, extr. eod.

*Quæ Forma?*

Quòd ante perfectionē & confirmationē matrimonij volens conuerti, statim religionē ingrediatur, & professionē faciat, vel si differat, & nihilominus cōsolationem coniugalem fugit, iudex certum terminum, intra quē, vel religionem ingrediatur, vel in coniugio constās sit, subreceptione idoneæ cautionis, præfigat, c. ex publico, & c. ex parte, ext. eod. Verūm, post consummatum matrimonium, vel vterq; coniugū trāseat, vel alter coniugum trāsfitionem volens per-



710 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
mittat: qui tamen de conuersatione mala non sit  
spectus continentiam se seruaturum promittere de-  
bet, alioquin conuersio illa non approbatur: cum  
matrimonia legitimè contracta, & confirmata,  
hac religionis causa dirimi non debeant.

*Quis Finis & Effectus?*

Primus est. Quòd si conuersio ante perfectio-  
nem matrimonij fiat, obligatio ex cōtracto legi-  
timo matrimonio tollatur: ita ut sponsa, quæ ut  
constitutæ obligationis, antè non potuerit reti-  
lire, & cum alio contrahere, nunc possit, c. veru,  
extr. eod.

Secundò. Quòd cōiugatus subijciatur regulari  
obseruatiæ, professione facta, nec mortua vxore  
inde recedere possit, d. c. consuluit. Si tamen no-  
nasterium nõdum intrauerit, professionè tantum  
vxore consentiente fecerit: Si mortua vxore  
alia contrahat, non valebit matrimoniũ, sed re-  
ligionem intrare compellitur, c. ex parte, extra.

Tertiò. Si cōuersio, vel professio legitimè  
fiat: ut si vir cum cōsensu vxoris professus sit,  
vxore verò suspecta, nec continentiam vouerit,  
vel, si, altero coniugum ignorãte, professio sit,  
conceditur professi repetitio, & restitutio, c. si  
cũ sis, ext. eo. Aliàs vxori maritum repetere non  
permittitur: et si post ingressum continere non  
possit, c. veniens, extr. eod. & c. dudum, eo. Repet-  
itus autem vxore mortua ad monasterium re-  
dire non cogitur, c. placet, eo. Licet postea illi con-  
trahendi denuò matrimonij facultas interdici-  
tur, c. quidam intrauit, extr. eod.

Quartò. Quòd, etiamsi cōiugatus ad ingres-  
sum monasteriũ dolo, vel ex causa falsa inducatur,



fit: tamen libera egrediendi facultas non detur,  
c. veniens, & c. dudum, ext. eod. & c. ex parte, eo.  
Quia dolus in spiritualibus nō ita, sicuti in con-  
tractib⁹, rescindit actum, c. pen. ext. quod metus  
causa, & c. cum dilecti, extr. de contrah. emp. &  
vend.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

Si coniuges continentiam promittēdo, se invicem ab-  
soluerunt, & uterq; vel alter eorum, religionem profi-  
teatur, alter alterum repetere non potest, c. dudū, ex. eo.

Per religionis professionem, non per propositum ca-  
stitatis seruanda, dissoluuntur sponsalia de presenti, c. ex  
parte, extr. eod.

Maritus religionem intrare non potest, nisi etiam  
vxoꝝ ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & continen-  
tiam promittat, c. cum sis, & c. coniugatus, ext. eod.

Qui, invita vxore, professione facta, postea ad peti-  
tionem eidem restituitur, non tenetur defuncta vxore,  
denuo monasterium intrare, c. quidam, eod.

Ante perfectionem matrimonij potest alter coniu-  
gum, altero invito, & etiam repugnante, religionem in-  
gredi: quo tamen casu remanens, ad secunda vota con-  
uolare poterit, c. verū, eod.

Maritus ingrediens religionem, etiam cum consen-  
su vxoris, si vxor libidinosa omnibus de se malam su-  
spicionem faciat, nec continentiam promittat, Episco-  
pali auctoritate, maritus ad consortium coniugale com-  
pellitur, c. 1. eod.

Vxoꝝ habēs in Episcopum promoueri nō potest, nisi

1y 4

vxoꝝ



*vxor religionem profiteatur, c. sanè, extr. eod.*

*Parium, si eadem subsit ratio, eadem est iuris dispositio, sumpto argumento à rationis paritate & similitudine, c. constitutionem, de regula. & transeun. adrelig. in 6.*

## DE CONVERSIONE Infidelium.

### *Titulus XXXIII.*

#### Continuatio.

**C**ontingit quandoq; vt sicuti fideles ad religionem, ita infideles ad fidem conuertantur.

#### *Quis dicitur Infidelis?*

Infidelis dicitur, qui à fide Catholica dissentit. Quicquid enim à fide Christiana discrepat, infidelitatis appellatiõe cõtinetur, & fidei Christianæ contrarium est, arg. 9. 11. 19. & 30. dist. perus.

#### *Quæ causa Efficiens?*

Deus ipse, qui hominem infidelem, ad conuertendum diuinitus impellit, & propria conuertentis voluntas.

#### *Quod Obiectum?*

Fides Christiana, per meritum Christi, hominem conuertentem saluans.

#### *Quæ Forma?*

Vt per regenerationē sacri Baptismi, & fidei Christi, nõ coacta, sed libera volūate conuertentis, &



tis, & impellente diuini Spiritus instinctu, cō-  
uersio fiat.

*Quis Finis & Effectus?*

1. Fruitio æternæ salutis & fœlicitatis: deinde  
quod propriè huius loci est, Diuortium. i. rescif-  
sio matrimonij inter conuertentes consistentis.  
Hic tamen effectus quadam distinctione expli-  
catur. Aut initio matrimonij contracti vterq; cō-  
iugum erat infidelis, aut fidelis: &, matrimonio  
constante, alter lapsus est, in hæresim, vel genti-  
litas errorem. Primo casu: si infidelis non vult  
cohabitare, vel cohabitare quidem, non tamen  
sine contumelia & blasphemia nominis Christi,  
& matrimonium quò ad substantiam dissolui-  
tur: ita, vt coniuge etiam infideli viuente, liceat  
conuerso contrahere. Sic intelligunt Canonistæ  
dictum Pauli 1. ad Corinth. 6. Si infidelis disce-  
dit, discedat, non enim seruituti subiectus ob id  
frater vel soror, c. si infidelis, 28. quæst. 2. Excipi-  
tur vnus casus: Nisi vxor ad fidem Christianam  
conuertatur, viro Iudæo existente. tunc enim,  
quia Iudæi habent Legem & Prophetas, quibus  
muniti animas simpliciū facile fallere possunt,  
licet absq; blasphemia nominis Christi cohabi-  
tare velit vir, non tamen permittitur, c. Iudæi,  
28. quæst. 1. Posteriore casu: si commixione cor-  
porum consummatum sit matrimoniū ipsum,  
per lapsum alterius coniugū in infidelitatem vel  
hæresim, non quò ad substantiam, sed quò ad  
thorum dissoluitur, vt notatur in c. quanto, §. si  
verò alter, extr. de diuortijs.



614 ANALYS. IURIS PONTIFICII  
DE VOTO ET VOTIRE-  
demptione.

*Titulus XXXIII.*

Continuatio.

**V**OTI emissione ad dedendum se monachorum Regulæ, quis quandoque obligatur.

*Quid est Votum?*

Votum est, alicuius rei licitæ faciendæ, vel non faciendæ, cum deliberatione animi, Deo facta promissio, Abb. hîc in rub. Voti enim prætionem deliberatio animi natura præcedere debet: quod enim ex facilitate animi potius, quam ex arbitrio discretionis emittitur, non est obligatorium, c. veniens, extr. eod. c. charissimus, & c. veniens, extr. de conuers. coniugatorum.

*Vnde dictum Votum?*

Votum à voluntate dictum est: tanquam primo mouente rationem ad vouendum.

*Quot species Votorum?*

Duæ. Nam aliud necessitatis, aliud voluntatis est. Necessitatis votum dicitur illud, quod quis promittit in Baptismo, vt renuntiare carnalibus, tenere fidem: & alia, in quibus salus consistit, c. prima, de consecrat. distinct. 4. & c. si qui Episcopi, §. ecce, 1. quæst. Vnde cum homo peccat post Baptismum dupliciter reus est: & quia peccat, in eo quod committit, & quia votum præstat.



præuaricatur. Votum voluntatis est, ad quod faciendum, quis sponte sua ducitur, nec aliquã necessitatem habet: vt, continentia, peregrinationis, abstinentia, &c. Votum voluntarium, vel est simplex, vel solenne. Simplex dicitur, quia simpliciter, & sine aliqua solennitate emittitur. Solenne autem, quod debita solennium obseruatione fieri contingit, vt notat Hostiens. in §. quot sint, eod. tit.

*Quæ causa Efficiens?*

Ius naturale & diuinum. Quia perhibetur, votum iure naturali, & diuino, esse inductum & approbatum, glos. in c. ruffus, extr. qui cler. vel vouen. Causa autem propinqua est, deliberata voluntas emittentis votum. Hoc enim, licet ab initio sit voluntatis, ex post facto tamen, est necessitatis, c. magna, extr. eod.

*Qui Vota facere possunt?*

Omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem omnes illi, qui quò ad votum emittendum, non habent liberam voluntatem: vt sunt, Episcopus, qui sine Papæ autoritate non potest se adstringere voto, per quod dissoluatur vinculum matrimonij, quod inter ipsum & ecclesiã, sponsam suam, esse intelligitur, c. nisi cum priorem, extr. de renunt. Secundò, clericus non potest vouere, absque licentia Prælati sui, per quod officij iniuncti executio impediatur, c. admonet, ext. de renuntiat. Tertiò, monachus pari ratione prohibetur præstare votum, quo Regulæ monachali, ad tēpus, vel in perpetuum, exima-



916' ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
eximatur. Quartò, impubes absq; tutoris aucto-  
ritate etiam prohibetur, ne facilitate ductus, ad  
votum faciendum, quod illi non expediat, pro-  
cedat, c. 1. & c. 2. 20. q. 2. Quintò, vxori non con-  
ceditur emitteere votum, quod nexui matrimo-  
niali aliquo modo repugnet: vt est votum pere-  
grinationis, & continētia. Sicuti enim maritus,  
ad reddendum vxori coniugale debitum, obli-  
gatur, ita vxor viri arbitrio subiecta est, vt ipsa  
nihil, quod in damnum matrimonij cedat, absq;  
viri licentia, præsumere, vel tentare possit, c. no-  
luit manifestum, 33. q. 5. & c. si tu, 27. dist. Sextò,  
seruus voluntatem per se consideratam, & libe-  
ram non habet, sed ea ex arbitrio Domini, in cui-  
us potestate constitutus est, dependet. Votum i-  
gitur à se præstitum ipso iure, nullum est nisi do-  
mini assensu confirmetur, & ratificetur, argumē-  
to, c. mulieres, extr. de sent. excom. & c. ex anti-  
quis, distinct. 54. Deniq; nec filius impubes in fa-  
cris patris constitutus, absq; voluntate patris se  
voto obstringere potest. Hoc enim, sicut & alia,  
quæ ex alieno arbitrio dependent, non subsistit  
emissum, c. 1. & c. 2. 20. q. 2.

#### *Quod Obiectum Voti?*

Obiectum voti est, opus, quod vouens sibi vo-  
num proponit: vt sunt ieiunia, orationes, ele-  
mosynæ, peregrinationes, religiones, abstinen-  
tiæ, continētia, & huiusmodi. In omnibus enim  
pijs causis, licitis & honestis faciendis, vel con-  
trarijs non faciendis, regulariter consistit vo-  
tum. Votum autem rei alicuius turpis, impos-  
sibilis, & facti, ex quo inducitur peccatum, ipso  
iure, non subsistit. Quia neque per iuramentum  
pactum



pactum stipulationem, consuetudinem, legem,  
 vel praeceptum, talis obligatio constitui potest,  
 22. quæst. 4. §. fin. & c. inter cætera, extr. de iure-  
 iurando, c. quanto, extr. de off. Archidiacon. Et qui-  
 dem propriè materia voti est, opus, quod in no-  
 stra voluntate consistit, & præstiti voti ratione  
 fit debitum: ergo quatenus opus est legis obliga-  
 tione, debitum non cadit sub voto, quia non p̄-  
 det ex nostra voluntate, vt sit debitum, sed ex  
 necessitate legis. At verò, quia præcepti neces-  
 sitas, non est simpliciter necessitas, sed voluntariè  
 illud implemus aut transgredimur, hac ratione  
 cadere potest sub voto: non quidem, vt ad id ob-  
 ligemur, ad quod non tenebamur, sed vt ad id q̄  
 tenebamur, gemina simus obligatione constri-  
 cti: vt putà, præcepto temperantiæ ad fornica-  
 tionem euitandam tenemur, emisso nunc eius-  
 dem rei voto, obligamur insuper virtute religi-  
 onis. Possumus igitur nos ad talia opera arctio-  
 ri vinculo adstringere.

*Quæ Forma?*

Tria ad obligationem voti necessaria sunt, sci-  
 licet: deliberatio, propositum, & promissio. Cõ-  
 fituitur igitur votum, si vouens non tantùm  
 in animum inducat, & proponat, se aliquod bo-  
 num opus peracturum, (hoc enim casu tantùm  
 initiatum dicitur votum) sed etiam, si id certo,  
 deliberato, & firmo animi proposito stabiliat,  
 (quo casu confirmatum dicitur) & demum ani-  
 mi fixum propositum promissione Deo facta  
 confirmet, ipsoq; facto comprobet (tunc cõsum-  
 matum votum dicitur.) Quæ quidè forma sim-  
 pli cis



plicis voti est, si verò huic solennia quædam, vel professio tacita, vel expressa, secundum formam supra præscriptam, vel sacri Ordinis susceptio accesserint, solenne efficitur, Abb. c. 3. extr. eod. & est rex. in c. vnico, eod. tit. in 6. Nam per sacri ordinis susceptionem, & professionem tacitam, vel expressam, votum continentie solennizari (vt dicitur) Canonibus traditum est, c. placuit, 32. distinct. & c. nullum, 28. distinct.

*Qui Effectus?*

Est obligatio constituta per votum, qua vouens ad voti redditionem tenetur: ita vt hæres, qui adiuit hæreditatem, implere vota defuncti obstrictus sit. Quod ita intelligitur: si votum reale sit, non autem si personale, nisi hæres ad hoc se obligasset, Dd. in c. licet, extr. de voto, &c. Nec Papa vel Episcopus, vel quiuis alius superior in his dispensare possit. Quia voti redditiō, est de iure naturali & diuino: contra quæ Papa dispensare non potest: nisi tamen legitima subfit dispensandi causa, c. sunt quidam, 5. q. 1. & §. nisi rigor, 1. q. 7.

Vnde sex notantur casus, quibus à voto dissolui potest. Primus. Si votum præstitum commutetur in melius, c. 3. extr. de iureiurando, 1. Si ad actum non est processum, c. Cōfaldus, 17. quest. 1. 3. Si votum, sub conditione fuerit concessum, quæ postmodum deficiat, c. non solum, 22. q. 8. Si illa conditio sit expressa, siue ex sui natura insit voto, puta. Si potero, Si vixero, &c. 4. Vbi vouens non habet liberam voluntatē vouendi. 5. Vbi votum auctoritate Superioris ex causa dilatum



latum est, vel redemptum, vel mutatum. 6 Si votum ex sui natura sit illicitum & iniustum: quo casu non solum potest, imò debet, ab omni voto, discedi. Et notandum hic est, licet de voto dispensatio facile non concedatur, declaratio tamen iuris permittitur. Quòd si igitur votum abstinentiæ, vel peregrinationis quis fecerit, non prohibetur id ipsum, pro ratione qualitatis, declarare, vt subintelligatur, rebus ita stantibus: vel si commodè fieri possit. Hæc enim conditio & interpretatio intentioni vouentis consentanea ex sui natura emissio voto inest, argumentum, c. quinta vallis, extr. de iureiurand. & c. veniens, extr. de dilat. Secundus effectus est. Quòd, licet votum simplex, non minùs, quàm solenne, DEO obliget: Quia D E V S, inter solennem promissionem, & simplicem loquelam, non facit differentiam, ob id vtriusque violatio mortale peccatum inducit, tamen differunt & isto effectu. Quòd scilicet solenne votum, non solum matrimonium contrahi impedit, sed etiam contractum dirimat: Simplex autem votum, non contractum rescindat: sed contrahendo impedimentum præstet c. vnico, eodem titu. in 6. c. rursus, & ibi glos. extr. qui cleri. vel vouerit. & cæt. & per Innocen. in c. quæ in Ecclesiarum, extr. de constitut. Quòd si autem præstito simplici voto, quis contrahat, tenet matrimonium, & ob voti emissi violationem, imponitur pœnitentia, c. 1. & c. 2. distin. 27. Nec obstat, quòd dicitur, Deum inter simplicem loque-



loquelam, & solennem promissionem, non facere differentiam: Ecclesia enim, in factu speciebus, considerat circumstantias, c. homo, 40. dist. & verborum solennitates attendit in voto, sicut in iuramento, c. iuramenti, 22. quæst. 5. & diuersum ius statuit in vtroq; etiam diuersam pœnâ in violatione vnius, quàm alterius imponit, vt patet in c. si vir, 22. distinct. Quis enim dubitet, sceleratius esse, commissum, quod grauius iudicatur, c. non afferamus, 24. q. 3. violatione autem solennis voti, Deus & constitutio Ecclesie grauius offenditur, quàm si à simplici voto recedatur: grauior igitur imponenda pœna fuit, &c.

*Quæ Affinia?*

Professio, iuramentum, promissio, pactum, consuetudo, præceptum siue sanctio, lex, ratione effectus. Quia omnia ex se obligationem præductam constituunt.

*Quæ Adiacentia?*

Ordinis susceptio, professio simplex, siue solennis, iuramentum, &c.

*Quæ Pugnancia?*

Voti transgressio, voti iniquitas, iniustitia, turpitudine, dolus, metus, mutatio, reuocatio, dispensatio, conditionis, sub qua votum conceptum fuit, defectus, voti emissi facilitas, votum dependens ex alieno arbitrio, solenne votum priori simplici contrarium.

AX 10.



## AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Secundum votum solenne religionis, derogat priori simplici, c. qui post votum, de regularibus, & transf. ad relig. in 6.*

*Vota possunt elemosynis redimi, vel in aliud commutari: intercedente Superioris auctoritate, & iusta causa redimendi, vel mutandi, c. 1. ext. eod.*

*Reus voti fracti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam religionis observantiam commutat, c. scriptura, extr. eod.*

*Ecclesia compellit heredem laicum, per excommunicationem, & bonorum subtractionem, ad executionem voti, ad quod se obligavit, c. licet, extr. eod.*

*Cessante causa, cessat effectus, c. magna, eod. tit.*

*Senectus est onerosa & languida, nec dolores & labores ferre potest, d. c. magna.*

*Mulieres maritos suos sequi debent, c. quod super, ext. eo.*

## DE STATU MONACHORUM &amp; Canonicorum regularium.

## Titulus XXXV.

## Continuatio.

**D**istinguitur superior titulus, De regular. & transeuntibus, ad relig. ab hoc. Quod in illo potissimum modus adipiscendi statum regularem traditur: hic autem, quomodo is, qui hunc statum adeptus est, & in eo constitutus, se gerere debeat, docetur.



*Circa quæ consideratur status Monachorum & Regularium?*

Consideratur circa habitum, vitæ institutū, mores, disciplinam, conuersationem, continentiam, subiectionem, obediētiam, humilitatē, patrimonij abdicationem, paupertatem, abstinentiam ciborum, familiam, correctionē, temperantiam, modestiam. Quæ omnia in c. cum ad monasterium, & c. in singulis, eod. fusè explicantur.

*Ad quid tenentur Monachi, seu Regulares?*

Licet hæc, quæ recensita sunt, quemlibet regulari obseruantia adstrictum obseruare oporteat: sunt tamen tria substantialia Regulæ, ad quæ præcisè tenentur monachi, vt nec Summus Pontifex cōtra hæc dispensare possit, c. cum ad eod. Scilicet: 1. Propriæ voluntatis renunciatio. 2. Proprietatis abdicatione. 3. Castitatis obseruatio.

*In quibus conueniunt & differunt Monachi & Regulares?*

Regulas statui præscriptas, & potissimum quæ substantiam Regulæ monasticæ continent, & mores, disciplinam, vitæ institutū, honestæ vitæ congruentia concernunt, indistinctè omnes obseruare debent, & in eo conueniunt. Differunt aut, quia facilis canonicus regulari, quæ monachus regularis præficitur ecclesiæ parochiali, eiq; cura animarum committitur, iuxta c. quod Dei, extr. eod. Secundò, monachi regulari strictissimam obseruare tenentur: regulares autem



tem laxiori subijciuntur regulæ. nam & in esu  
carnium, & habitu, alijsquæ differunt. Ne tamen  
per contemptum & neglectum Regulæ, ad cuius  
obseruationem tenentur. monachi, sacrilegia,  
alteriusq; generis crimina committantur, certus  
modus visitandi monasteria, per Innocentium  
III. in Concilio generali institutus est, c. in singu-  
lis, ex. eod.

*Quid est Visitatio?*

Visitatio est, inquisitio morum, vitæ, & alio-  
rum in clericis, facta per eos, quibus hoc de iure  
licet, vel commissum est, d. c. in singulis, extr. eo.

*Quæ causa Efficiens?*

Quilibet, habens ordinariam iurisdictionem  
in aliquos. Sicut Archiepiscopus, in tota provin-  
cia, c. Romana, & c. perpetuo, de cõsibus, in 6. Et  
Episcopus in sua diocesi, c. cõquerente, extr. de  
off. Ordina. Item Archidiaconus & Decanus, c.  
cũ Apostolus, extr. de censib. & c. mandamus,  
extr. de off. archi. Item Abbates & Prælatis reli-  
giosorum visitant monasteria, & monachos se-  
cundũ eorum instituta, c. penul. & c. vlt. extr.  
de stat. monach. Item Legati Apostolicæ Sedis, et  
quibus committitur à Papa, vel à Prælatis Ordi-  
narijs, ipsis impeditis, c. Episcopum, 10. q. 1. & c.  
inter cætera extr. de off. ordina.

*Quod Obiectum?*

Vitæ institutum, mores, disciplina, habitus,  
conuersatio. Et de materia: circa quam versatur  
visitatio: & quod sit visitatorum officium? Vide  
c. inter cætera, extr. de off. ordina. & c. Episcopũ,  
10. quaest. 1.

Z z z Quæ



Forma visitandi præscribitur, in c. Romana, de censibus, & exact. in 6. & in c. fin. & Dd. in c. cum ex officij, extr. de præscript. c. relata, c. placuit, 10. q. 1. & in c. Episcopus in Synodo, q. 6. Inquit Innocentius III. in d. c. Romana, de censibus & exact. in 6. Statuimus, vt quilibet Archiepiscopus suam volens visitare prouinciã, prius ecclesiã suã Capitulum ac ciuitatem & diocesis propriam plenè visitare procuret: nec sitolum erga maiorum, sed etiam minorum Ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam populorum visitationem, intentus. & si cõmodè absq; difficultate accedere ad vnamquamque non poterit: de pluribus locis ad vnum congruum clericos & laicos studeat conuocare, ne illa visitatio postponatur. Deinde liceat ei per totam prouinciã, vel eius partẽ, visitationis officio exercere, ciuitates & dioceses, suffraganeos, & eorum subditos, Cathedralium, & aliarum ecclesiarum Capitula & monasteria, ecclesias & alia religiosa & pia loca, clericos & populos librè visitando, ac procuraciones à locis tantum accipere visitatis. Ex quo tamen aliquam diocesis visitare cõperit, nunquam postea reuertatur totam, siue partem eius visitauerit, reuertatur causa visitationis ad illam prius, quàm omnes reliquæ ipsius prouinciæ dioceses in toto vel in parte, (quas securè visitare poterit) & alia denuò fuerint visitatæ. Quòd si forrè eadẽ diocesis, vel aliqua ibi ecclesia plus alijs indiguerit visitari, tunc aliarum visitatione intermissa reuertatur ad illam.



deat ad eandem: si à loci diocesano requisitus extiterit, vel de omnium aut maioris partis Episcoporum eiusdem prouinciæ processerit, consilio & assensu: ad quod idem se promptos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si verò malitiosè, in his difficultatem adhibuerint, Archiepiscopus licentiam super hoc à Sede Apostolica postulet cōfidenter. Postquam autem semel omnes prouinciæ suæ dioceses visitauerit, licitum sit ei postea (prius tamē Suffraganeorum suorum requisito consilio, & ipsius definitione super hoc habita, coram eis, quæ in scriptis redigi volumus, vt possint alijs esse nota) visitationem per eadem reiterare prouinciam, iuxta modum superius annotatum: etiam si non interueniat in hoc Suffraganeorum ipsorum assensus, illam semper prouidentiam adhibendo, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosq; clericos & populos prius visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati: nisi magis sit alijs visitationis officium oportu- num. Sanè huiusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei, quærat de vita & conuersatione ministrantium in ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officium ipsum spectant absq; coactione, exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita: nunc leuia nunc aspera, iuxta datam sibi à Deo prudentiam diligenter intendens. Quòd si de aliquibus orta fuerit infamia, contra eos Ordinarijs ipsorum (vt super his solenniter inquirant) denuntiet, si viderit expedire. Notoria verò crimina, quæ examinatione nõ



egeant, (cùm super his meritò notari possit Ordinariorum negligentia eorundem) libere corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo, Procuraciones autem recipiat, secundùm quod est in Canonibus constitutum: nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officij aut consuetudinis, seu quolibet alio modo earum nomine, sed in victualibus expensas tantùm recipiat moderatas. Caveat insuper, ne ipse, vel quisquam suorum, aliquod munus quodcunque sit, & qualitercunque offeratur præsumat recipere: Vt non quæ sua sunt, videatur quærere, sed quæ Iesu Christi. Quod si fuerit contrà præsumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam (nisi duplum restituat) liberetur. volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari. Hanc autem visitandi formam, ab vniuersis etiam Episcopis, alijsq; Prælati ordinario iure, suos subiectos visitantibus, plenè obseruari præcipimus. saluis super hoc rationabilibus & approbatis religiosorum consuetudinibus & regularibus institutis.

*Quæ Forma visitandi Monachos?*

Vt religiosi singularum prouinciarum de triennio in triennium, ad Capitulum conueniant, & in eo ex Prælati quatuor, qui simpliciter & de plano in Monachos, siue regulares, iurisdictioni & regulæ suæ subiectos, inquirât, & corrigant, quæ viderint corrigenda, cõstituant. Modus autem visitandi Monasteria, quot mitti debeant, quali cum apparatu, quomodo in officio

visit.



visitationis se gerere, quæ summo studio expedire, & à quibus abstinere teneantur? Habetur in c. singulis, & c. fi. extr. eod. & tradit Pauin. tract. de visitat. q. 2. prima parte, & c.

*Quis Finis & Effectus?*

Vt correctione clericorum facta, Ecclesia ipsa in melius reformetur, d. c. Romana. Secundò, vt à tali correctione nulla concedatur appellatio, c. ad nostrã, extr. de appel. & c. relatũ, ext. ne cler. vel monach. & c. Nisi corrigedi modus excederet, c. quia peccat, 23. q. 4. Nam, vt dicitur in c. beatus, 45. dist. nimix asperitatis interpretatio neque correctionem, neq; salutem recipit, & c. Tertiò, perceptio procurationis, à cuius præstatione immunem nullam esse ecclesiam, vel monasterium, etiam præscriptionis prætextu, esse debet, c. cum ex, extr. de præscrip. debetq; ipsa procuratio præstari in victualibus, non autem pecunia, c. pecunia, §. procurationis, de censib. in 6. de qua titul. de cens. exact. & procurat. infra latius.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, vt Episcopo sint subiectæ.

*Titulus XXXVI.*

Continuatio.

Visitatio per Ordinariũ, sub cuius iurisdictione religiosa domus sitæ sunt, fieri contingit: scire nunc operæpretium est, cuius iurisdictioni religiosa domus subiectæ sint?

L 2 4

Quæ



*Quæ dicitur religiosa domus?*

Religiosa domus est, quæ ad pium usum constructa est: ut est Xenodochium: locus, ubi peregrini pauperes recipiuntur. Orphanotrophium, ubi orphani, hoc est parentibus orbat, nutriuntur, Bethotrophium, ubi infantes pauperum, & expositi aluntur. Nosochomium, in quo agroti paupertate simul laborantes curantur à morbo. Gerontochomium, ubi senio cōfecti & valendarij sustentantur, c. in qualibet, 23. q. 8. & l. omnia, C. de Episco. & cle.

*Cuius iurisdictioni religiosa Domus subiecta sint?*

Generaliter in Aurelianensi Concilio statutum est, omnes basilicas, quæ per diuersa loca constructæ vel quotidie construuntur, in Episcopi potestate consistere, in cuius territorio sitæ sunt, c. omnes, 16. quæst. 7. nisi singulari privilegio, se exemptas, docere possint, c. cum venerabilis, extr. eod. Quo tamen privilegio capellæ subiectæ non gaudent: sicuti etiam quibuscunque rei, vel ratione loci, privilegium exemptionis concessum est, eodẽ privilegio pro alia re, aliove loco non potentur, c. cum capella, extr. de privileg.

*Quis huius subiectionis Effectus?*

Cum religiosa domus, quod ad duas leges subijciatur, scilicet diœcesanam, & iurisdictionalem, dubium non est, quin Episcopus ea, quæ sunt legis diœcesanæ, iuris episcopalis, vel iurisdictionis contentiosæ, in ea hominibusq; illi de



putatis exercere possit, c. monasteria, 18. q. 2. & Hostiens. hoc tit.

## DE CAPELLIS MONACH. & aliorum Religiosorum.

### *Titulus XXXVII.*

**P**ari ratione capellæ monachorum Episcopo, in cuius territorio sunt sitæ, subijciuntur: ita, ut nulla consuetudine obstante, de ipsis Episcopus pro arbitrio statuere possit: nisi huius iurisdictioni speciali priuilegio, vel legitima præscriptione probentur exemptæ, c. cum venerabilis, & c. seq. c. constitutus, extr. de relig. dom. & c. auditis, extr. de præscrip.

## DE IVRE PATRONATUS.

### *Titulus XXXVIII.*

#### Continuatio.

**I**nstitutio regulariter non fit, nisi ad præsentationem patroni, cui competit ius patronatus in beneficio quod alicui, per institutionem, conferendum est.

#### *Quid est Ius Patronatus?*

Ius patronatus est, potestas præsentandi instituendum ad beneficium Ecclesiasticum, simplex & vacans, Hostiens. in §. quid sit, hoc tit.

#### *Quot modis accipitur Ius Patronatus?*

Varijs modis. Primò: pro iure præsentandi instituendum. Altero: pro iure, quod ac-



quiritur ex manumissione proprii serui dicitur etiam aduocatus patronus, qua in causa patronium præstat, tot. tit. ff. de postulando.

*Quæ causa Efficiens?*

Dioecesani Episcopi auctoritas, & patroni Ecclesiam fundantis, ædificantis, vel dotantis voluntas. Vnde ait Hostiens. in §. ex omnibus, eod. tit. tria faciunt aliquem patronum, scilicet: dos, ædificatio & fundus, &c. Et quia non tantum fundatione, vel ædificatione ius patronatus constituitur, sed etiam in constructione Dioecesani consensum secundum formam præscriptam in c. nemo, de consecrat. dist. 1. interuenire oportet, vt iuri patronatus locus sit, parum ad efficiendum ius patronatus Episcopi auctoritatem quandoq; desiderari.

*Quod Subiectum?*

Beneficium, in quo patrono competit patronatus. Vnde non dicitur liberum, vt alibi beneficia, quæ per collationem transferuntur, patronatu positum.

*Quod Obiectum?*

Officium, quod præsentatus pro beneficio in quo per Episcopum institutus est, præstare tenetur. Collatio enim beneficij, necessarium præstandi officij inducit: cum, iuxta CH. S. T. I. ordinationem: Qui de altari viuunt, eodem etiam vt seruiat, æquitati & religioni, conueniat.



*Quæ Forma?*

Forma consistit in modis constituendi ius patronatus: ut, sunt fundatio, dotatio, & reparatio. fundatione constituitur ius patronatus, cum quis Ecclesiam, accedente Diocesani Episcopi consensu, iuxta formam in tit. de const. consecrand. Eccles. & cet. construxit. Dotatione verò, cum quis Ecclesiæ constructæ collatione quorundam bonorum succurrit, vel bona quædam in dotem Ecclesiæ, quæ non est dotata, assignat, c. nemo, de consecrat. dist. 1. Reparatione denique. Si quis collapsæ Ecclesiæ, vel ædificando de consensu Episcopi, vel conferendis prouentibus subuenit, auth. ut nullus ædificet, §. 1. col. 5. Transfertur autem ius patronatus, per successionem, permutationem, donationem, venditionem, &c. Quæ fit forma institutionis ad præsentationem patroni? supra de institutionibus dictum est.

*Quæ est causa Impulsiva introducti iuris Patronatus?*

Ipsa æquitas. Cum enim patronus è fundamentis Ecclesiam construxit, vel interituram reparauit, vel indotatam dotauit, æquum est, ut loco quasi remunerationis, hoc ius patronatus, in eadem sibi competat, & ad eius præsentationem (si modò persona idonea præsentetur) institutio fiat.

*Quis*



*Quis Finis & Effectus?*

Primus est, potestas presentandi instituendū: quæ presentatio ab Ecclesiastico patrono, intra sex menses fieri debet, nec presentationis factæ variatio conceditur: à Laico autem intra quatuor, post quod tempus etiam variare potest, c. si laicus, §. verūm, eod. tit. in 6. eo autem tempore elapso, nulla admissa presentatione, Episcopus, pro libito, idoneam aliquam personam instituere, & Ecclesiam ordinare non prohibetur, c. si verò ordinati o, ext. eod. Patrono autem demortuo, relictis pluribus hæredibus, ad eos ius patronatus distributione legitimè facta, devoluitur. Si autem vnus ex pluribus patroni moriatur, in eius hæredes transit ius patronatus per stirpes: ita vt vnus patroni plures hæredes vocem habeant in presentatione vnus, possintque ipsi patroni de rectore ab ijs alternis vicibus presentando liberè conuenire. Quibus etiam, ex eadem causa, permittitur, vt plures ad vacantem Ecclesiam eo modo, presentare possint personas vt vna ex ijs per Episcopum eligi & admitti valeat, Clem. plures, eod. tit.

Secundus est, potestas defendendi Ecclesiam. Quia patronus potest, imò debet Ecclesiæ tutelam suscipere, & eum ab omni iniuria tueri: deò si institutum Ecclesiæ inutilem esse cognoscit, vt quia sit dilapidator, bonorum concordator ipsum honesta conuentione compescere, aut Episcopo, vel iudici competenti denunciare potest, c. filijs, 16. quæst. 7.



Tertius effectus est, necessarium vitæ subsidium. Nam si fortè ipsi aut eorum filij eo inopiæ redacti fuerint, vt suppetijs alienis egeant, illis modestè, & pro temporis vsu succurrendum erit, c. quicumque, &, c. decernimus, 16. quæst. 7.

Quartus effectus est: processio honor. Primus enim & eximius in ordine locus in confessu vel processu, patrono inter clericos eiusdem Ecclesiæ debetur, c. nobis, extr. eod.

### *Quæ Cognata?*

Huic iuri patronatus non multùm absimile est ius protectionis. Et cùm religiosi Ecclesiam aliquam sibi subiectam habent, tam quò ad spiritualia, quàm quò ad temporalia, in qua tamen pleno iure instituere non possunt, nec curam populi cõmittere, sed authoritas Episcopi consideratur. nam hoc ius ita à patronatu differt, quod qui illud habent, ipsi redditus Ecclesiæ illius percipiunt, & congruam portionem rectori assignant, at qui patronatum habent, nihil reddituum percipere possunt, sed integri proventus rectori instituto permittuntur, c. vni. de capel. monach. in 6. & Clem. vni. de sepul. Affinia etiam sunt, ius eligendi, ius conferendi, ius patriæ potestatis, cura, tutela, &c.

### *Quæ Adiacentia?*

Præsentatio, cura, tutela, protectio, institutio, non tamen in eadem persona, institutio & ius patronatus locum habent. Quia patronus instituere non potest, sed tantùm præsentare, ad  
cuius



734 ANALYS. IURIS PONTIFICII  
cuius præsentationem à Dicecesano necessariò  
fieri debet institutio, c. præterea, extr. eod.

*Quæ Pugnantiæ*

Sunt modi, quibus ius patronatus tollitur:  
1. est cessio, vt si patronus ius suum Ecclesiæ  
contulerit. 2. Patientia reformata Ecclesiæ:  
vt si Ecclesiam sine reseruatione iuris competen-  
tis collegiatam fieri patiatur. 3. Interitus Ec-  
clesiæ: quod fit, si sacræ ædes igne consumata,  
vel terræ motu, aut alio vitio, interierint. 4.  
Violenta occupatio: vt si ab infidelibus Ec-  
clesia, ex qua competit ius patronatus, occupetur.  
5. Delictum: quod varium est, in cuius penam  
priuatio iuris patronatus contingit. 6. Hære-  
sis. Hæretici enim omnia bona, sub quibus ius  
patronatus continetur, confiscantur, c. excom-  
municamus, 1. & 2. extr. de hæret. Pugnans et-  
iam, dolus, error, venditio, per quæ ius pa-  
tronatus comparatum est, id ipsum enim ven-  
di, vel per patronum propria authoritate abe-  
nari non potest, nisi cum vniuersitate vendi-  
tur, c. præterea, & c. de iure, extr. eod. & institu-  
tio per patronum, propria authoritate facta, c.  
præterea, extr. eod.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Donatio iuris patronatus laici facta loco Ecclesie-  
sticæ, etiam sine consensu Episcopi, tenet, non tamen  
iudicat iuri Episcopali, c. si laicus, eod. in 6.*



Laicus quadrimestre tempus habet ad presentandum: Ecclesia verò semestri, licet à Laico ac quisiverit ius patronatus, d. c. si laicus, §. verum.

In plures heredes vnius ex pluribus patroni de mortui transit ius patronatus, per stirpes, Clemen. plur. eod. tit.

Si questio iuris patronatus, inter patronos, non definitur, intra quatuor menses, Episcopus ordinabit Ecclesiam, sine praiudicio eorundem, c. cum propter, extr. eod.

Patronus Ecclesie vacantis, quamquam sit Clericus ad eam tamen seipsum se presentare non potest, c. per nostras, & c. consuluit, extr. e. dd.

Patronus ius patronatus, propria auctoritate alienare non potest, nec ab Ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore foundationis, à Diocesano illud fuerit sibi reseruatam, c. praterea, c. de iure, & c. nullus, extr. eod.

Si patroni in presentando discordant, praefertur praesentatus à maiori parte, si est idoneus: & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni intra tempus debitum non praesentant, Episcopus ordinabit Ecclesiam, c. quoniam, extr. eod.

Ius patronatus consistens in aliqua vniuersitate temporalium, transit cum ipsa vniuersitate, etiamsi vniuersitas transeat tantum, quod ad vrile dominium, nisi ius patronatus specificè sit exemptum, c. ex literis, extr. eod.

DE



736 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
DE CENSIBVS, EXACTIO-  
nibus, & Procurationibus.

*Titulus XXXIX.*

*Continuatio.*

**P**atronus non tantum vi iuris patronatus  
ius presentandi, sed etiam ius exigendi, cer-  
tam annuæ pensionis summam, si ipse illud ius,  
cum Ecclesiam fundaret, cum autoritate Dica-  
cesani sibi reseruauit, habet.

*Quis Census?*

Census nihil aliud (teste Hostiense) hic est, quæ  
quædam pensio, quæ de prouentibus Ecclesie  
persoluitur, c. quælitum, 1. quæst. 3.

*Quot modis Census accipitur?*

Duobus. Generaliter & specialiter. Generali-  
ter accipitur, cum quicquid in quantitate vel in  
summa annuatim præstatur, censum appellemus,  
c. olim causam, & c. in canonicis, ext. eod. Specia-  
li autem nomine census: qui Episcopo vel Eccle-  
siae in argumentum subiectionis tribuitur, cathedra-  
ticum appellatur, eo quod ob honorem ca-  
thedrae persoluatur, c. 1. 10. quæst. 1. & c. conque-  
rente, extr. de off. ordinat.

*Quæ causa Efficiens?*

Autoritas Episcopi cum consensu Capituli  
& fundatoris voluntas, cum autoritate Episco-  
pi. Episcopus enim, propria autoritate, neque  
ho.



nouum censum constituere, neque veterem augere potest, sui commodi gratia. Quòd si in utilitatem Ecclesiæ sibi subiectæ, census constitutio, vel veteris census augmentatio vergat, Capituli accedente consensu, censum nouum imponere, vel veterem augere, minimè prohibetur, Clem. fin. de reb. eccles. non alienand. & c. 1. eod. tit. in 6.

### *Quæ Materia?*

Res, quæ pondere, numero, & mensurâ consistunt, proventus & fructus rerum mobilium & immobilium. Quia non tantum in nummis, sed etiam frumento, vino, oleo, capis, gallinis, pullastris, & alijs id generis annuis, census constitui potest, c. cum canonicis, c. ex parte, extr. eod.

### *Quod Subiectum?*

Ecclesia, vel res ipsa, cui census imponitur, argum. c. 1. extr. de reb. eccles. non alienand.

### *Quod Obiectum?*

Persona, cui census præstatio fieri debet. Deditur autem census, ut plurimum Episcopo, in signum subiectionis, & patrono, loco remunerationis, si cum consensu & autoritate eorum, quorum autoritas requiritur, constitutus fuerit.

### *Quæ Forma constituendi Censum?*

Vt Episcopus consensu Capituli, & eius Ecclesiæ, cui census imponitur, ex iusta causa, & legitimo tempore, moderatum constituat censum,



in rebus ad Ecclesiam pertinentibus: quæ ex se fructus & redditus aptæ sunt producere, multa enim ad constituendum censum requiruntur, puta: primò authoritas Episcopi. 2. Consensus Capituli, arg. c. pastoralis, & c. tua, extr. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap. 3. Consensus Ecclesiæ, cui imponitur census; si est collegiata, c. 1. extr. de rerum permutat. 4. Iusta causa. Causa iusta est, causa remunerationis, releuã de paupertatis, & indigentia, redimendæ vexa: & denique illa iusta iudicatur, quæ euidentem Ecclesiæ affert vtilitatem, glos. & Dd. in c. nisi, extr. de præbend. 5. Legitimum tempus, quale quadruplex notatur: aut foundationis, aut consecrationis, aut donationis, aut immunitatis indultæ tempus, Hostiens. in §. quis imponere, eo. tit.

Contingit enim, cùm Ecclesia citra Ordinarij consensum nec ordinari, nec dedicari possit, vt eo tempore Episcopus in signum subiectio- nis annuatim sibi exoluendum constituat censum. Quod & in patrono, qui Ecclesiæ vltra necessariam dotem contulit, obseruatur: vtiple lo- co annuæ pensionis cum consensu Diocesis ali- quot redditus referuet. Est autem dos ne- cessaria, sine qua Ecclesia in statu debito, & con- uenienti, sustentari non debet, argu. c. 1. extr. de institut. & c. cùm sicut, extr. de consecrat. Ecclē- fiarum.

*Quæ causa Impulsua?*

Ipsa æquitas. Episcopo enim, qui spiritualis impartit, æquum est, vt aliquid temporale à subie-



subiectis ecclesijs reddatur. Par quoque æquitas ratio suadet, vt Episcopus patrono fundationis tempore in compensationem beneuolentiæ exhibet, ex eadem Ecclesia, quam largè & liberaliter dotauit, annuos sumptus, instar pènsiōis, quotannis persoluendæ, decernat & constituat.

*Quis Finis & Effectus constituti Censūs?*

Est ipsa obligatio. Cuius vigore census debetur, & ipsa annua perceptio rerum censualium. Quod verum est, si is, cuius rebus census impositus est, solutionem iniuste nō remoretur, vel detrectet. Quòd si autem is, qui ad census præstationem obligatus est, præstationem neget: effectus est, actio in factum, interdictum recuperandæ, vel retinendæ, vel etiam, vt putat Speculator, de censib. §. 1. actio ex stipulatu præsumpta. Potissimùm si triennij spacio census fuit solutus, l. de in rem verso, ff. de vsuris, vbi filius ad præstationem vsurarum tenetur, eò quòd pater illas triennio persoluerat, licet obligationis constitutæ alia documenta non extiterint. Ratio est. Quia triennalis præstatio coniecturam & argumentum perpetuæ pensitationis & constitutæ obligationis inducit, d. l. cùm de in rem verso, ff. de vsuris, & cet. An autem intermissa præstatio census triennij spacio, ius commissi, (sicuti in emphyteusi) tribuat? Pulchra quæstio est, & quotidiana praxi agitata, gloss. inc. constitutus, extr. de religios. dom. asserit quòd non. Nedum, si mille annis à præstatione census cessetur, illam intermissionem tribuere



ius commissi. Ratio est. Quia licet censuali contractus hoc commune habeat cum emphiteusi, vt concedenti, hæredibusque eius annua pensio debeatur: differet tamen eo, quòd in emphiteusi vtile tantum dominium, remanente directo penes ipsum dominum, transferatur in ipsum emphiteutam: in contractu autem censuali, ob annuam pensitationem, ius vniuersum tam vtile, quàm directum dominium, penes ipsum, qui ad solutionem census tenetur, constitutum sit.

*Quid est Exactio?*

Exactio est, petitio eius, quod ratione personæ, facultatum, negotij, vel alterius cuiusdam rei gratia ex iusta causa debetur.

*Quotuplex Exactio?*

Est multiplex. Quædam est collectarum vectigalium, munerum personalium, patrimonialium, Pedagiorum, Salinariorum, Guidagiorum, & similiarum.

*Quæ causa Efficiens?*

Lex, statutum, vel consuetudo alicuius rei actionem fieri permittentia.

*Quod Obiectum? vel Materia circum quam?*

Est munus ciuile. Quod in tria membra dividitur, personale, videlicet, patrimoniale, & mixtum. Personale est, secundum Arcadium, quod animi prouisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetratur, l. 1. & l. fin. ff. de munerib. & hono. Et in huius exactione, ætas, facultates, vita & fama, inspicenda



da sunt, auth. præfides, C. de Epif. & Cler. Patrimoniale est, quod sumptibus patrimonij & dānis administrantis expeditur, & id imponitur pro modo possessionum masculis & fœminis. Mixtum est, quod de vtroque participat. Quando videlicet personale munus gerens de proprijs facultatibus impensas faciat, vel annonam exigentes desertorum prædiorum damna sustineant, l. fin. §. mixta, ff. de mune. & honoribus.

### *Quæ Forma?*

Vt exactio rei licitæ fiat, & modo, lege, vel consuetudine, permittis. Multis enim canonicis prohibitum, ne Episcopi, vel quibus ius collectandi vel exigendi est, modum in exigendo excedant, c. ea quæ, & c. innouamus, extr. eodem.

### *Quis Effectus Exactionis iniustæ?*

1. Quod exactores modum iustum exigendi excedentes priuentur officio, c. ea quæ, extr. eod.  
2. Quod excommunicentur, nisi desistant, d. c. innouamus.  
3. Prætor induxit actionem in factum, ex edicto de publicanis, per quam coguntur exactores tributorum, si exegerint vltra debitum, restituere duplum intra annum: post autem, simplum ei, à quo ipsi, vel eorum familia, exegerunt, l. 1. ff. de publi. & vectigalib.

### *Quid Procuratio?*

Procuratio est, exhibitio sumptuum necessariorum facta illis, qui diœcesim peragrando Ecclesias subiectas visitant.

### *Quæ causa Efficiens?*

Ius commune, consuetudo, pactum, vel priuilegium



742 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
legium, Specula. §. sequitur, tit. de consuet. &  
c. seruitutum, 18. quæst. 2.

*Quod Obiectum?*

Est visitatio quæ singulis annis fieri debet, ab illis, qui ius visitandi habent. Habent autem ius visitandi, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Sedis Apostolicæ Legati, nunciij, Archidiaconi, Decani, Abbates, alijq; omnes, qui ordinariam iurisdictionem habent, de quo supra.

*Quæ Materia?*

Omnis generis victualia, vel in victualibus expensa. Nam Pontificio iure proditum est, visitatorem, vel aliquem de sua familia, occasione alicuius officij aut consuetudinis, pecuniam vel munus, qualitercunque oblatum, recipere nullo modo posse, sed tantum expensas in victualibus moderatas, c. Romana, §. procurationes, eod. tit. in 6.

*Quæ Forma?*

Est præstatio mediocris victualium vel expensarum, à qualibet ecclesia (nisi singulari privilegio incontinenti se probet exemptam) pro ratione personæ & dignitatis, sub cautione quilibet circumstantiarum, facienda Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet alijs etiã Apostolicæ Sedis Legatis, aut nuncijs, & Prelatis iurisdictione ordinariam habentibus, Ecclesias in sua provincia vel Diœcesi sitas visitantibus, vel quibus id muneris commissum fuit, d. c. Romana, de caus. & exact. in 6. c. procurationes, & c. cum Apostolus, extr. cod.

*Quæ*



*Quæ causa Finalis?*

Ne Prælati hoc visitationis officium dispēdio  
fit, si suis sumptibus peregrinentur.

*Qui Effectus?*

Est, causa sustentationis necessariæ, iusta & le-  
gitima perceptio contributionum, quarum in  
exigendo vel alias ecclesias grauando, modum  
excedens, pœna dupli infra mensem exoluendi  
punitur. Quod duplum, si intra illud tempus  
non præstiterit, ab ecclesiæ ingressu remouetur,  
& inferiores officio & beneficio vsque ad suffi-  
cienter factam solutionem suspenduntur, d. c.  
procuraciones, §. fin. & c. 2. de censib. in 6.

*Quæ Affinia?*

Omnia illa affinitatem quandam inter se ha-  
bere videntur, canonica portio, cathedraticum,  
census, procuratio, collectæ, pensio, tribu-  
tum, Charitatum subsidium. Charitati-  
um subsidium est, quod Episcopus, vel Papa,  
propter superuenientes necessitates cum chari-  
tate moderatum, ab ecclesijs sibi subiectis exigit.  
Canonica portio, ab omnibus redditibus & obla-  
tionibus detrahitur. Census, de quouis prouen-  
tu ecclesiæ annuatim exoluitur. Cathedraticum  
in signum subiectionis, ab ecclesijs in eadem  
Diœcesi constitutis exigitur. Procuratio, ra-  
tione visitationis Prælati, pro necessarijs  
sumptibus, exhibetur. Collectæ, pro ratione  
possessionum & patrimonij imponuntur. Pen-  
sio cum censu: & tributum, cum cathedratico,



744 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
conuenit. Quia & tributum probatio subiectio-  
nis est, c. omnes, extr. eod.

*Quæ Pugnantiæ?*

Auaritia, c. ea quæ, eod. Præscriptio, mutatio  
rei soluendæ, c. cum canonicis, eod. grauamen Ec-  
clesiæ, interitus, reformatio Ecclesiæ, partium  
conuentio, pactum, consuetudo, contraria re-  
missio ex causa cum consensu Capituli, nimia  
sterilitas, Ecclesiæ paupertas, Hostiens. hoc tit.  
§. in quo casu.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Natura consentaneum est, ut is non recuset eum,  
qui rerum commoda complectitur, Clem. 1. eodem  
titulo.*

*Præuilegia strictè sunt intelligenda, & tantum  
futura, & non præterita respiciunt, nisi expresse contra-  
rium statuatur, Clem. cum sit, eod. tit.*

*Visitator non in pecunia, sed victualibus, recipere de-  
bet procuracionem moderatam, c. Romana, §. procurac-  
tiones, extr. eod.*

*Omnis anima sublimioribus potestatibus subiecta  
est, c. omnis, eod. in 6.*

*Tributum in probationem subiectionis præstatum, c.  
c. omnis, extr. eod.*

*Afflictis afflictio non est addenda, c. licet, extr. eod.*

*Ad antiquam monetam, vel si non est in usu, ad  
ius æstimationem, soluendæ sunt pensiones, c. cum cano-  
nicis, extr. eod.*

Argumen-



Argumentum à loci vicinitate valet: ob id Ecclesia in procurationibus & alijs vicinarum consuetudinem in dubio seruabit, c. super eo, extr. eod.

Episcopus remittens Ecclesie seruitia, quæ sibi debebat, & statuens, quod aliud seruitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse, c. cum venerabilis, extr. eod.

Ecclesia tenentur Episcopo, in cuius diocesi sunt, respondere, de procurationibus, quarta decimarum, & alijs episcopalibus, c. cum olim, extr. eod.

Prescriptio etiam antiquum modum soluendi census tollit, c. olim causam, extr. eod.

Nouus census ecclesijs imponi non potest, nec antiquus augeri, quod si contrà factum fuerit, hoc irritum habetur, c. prohibemus, & c. grauis, extr. eod.

Prælatus seu Rector Ecclesie non potest, præsertim, post mortem, ecclesiam suam propria auctoritate constituere censualem, c. præterea, & c. ecclesijs, extr. eod.

Per collusionem constituens ecclesiam censualem, illa priuatur: quod si collectores grauent subditos, ab officio deponuntur, c. cum clerici, & c. ea, qua, extr. eod.

Noua pedagia sine consensu Principis imponens, communionem priuatur, c. innouamus, extr. eod.

Obligatio aliquid præstandi vniuersitati, & singulis, qui sunt in vniuersitate, etsi in vniuersitate numerus creuerit, tamen omnibus & singulis tenetur, etsi hoc grauarietur nimium, per iudicis officium sibi prouidebitur, c. quanto, extr. eod.



746 ANALYS IVRIS PONTIFICII  
DE CONSECRATIONE EG  
clesiæ & Altaris.

*Titulus XL.*

Continuatio.

**T**empore consecrationis imponitur census  
in signum subiectionis ab ecclesia consecra  
ta præstandus.

*Quid est Consecratio?*

Consecratio est ritus sacrædi res Deo, cum ad  
hibitione certarū solennitatū, antiquitus intro  
ductus, & ex instituto veterū Patrū tractus, c. vni  
co, §. vnde in veteri testamēto, ext. de sac. vñt.

*Quæ causa Efficiens?*

Deus ipse & statuta Pontificū, d. c. vñico, ext.  
de sacra. vñt. & per tot. dist. 1. de consec.

*Quod Subiectum?*

Persona, quæ habet cōsecrandi facultatē, vñt  
Pōtifex, Episcopus, Diœcesanus. Nō autē inferi  
or quidā clericorū, etiā ex Episcopi delegatiōe.  
Quia licet Episcopus ea, q̄ iurisdicōis sunt, in  
feriori demādare possit, nō tamen ea, q̄ Ordinis  
sunt, inferioris gradus cler⁹ cōmittere permittit  
tur, Ab. in c. fi. ext. de cler. egro. & c. penu. ext. de.

*Quod Subiectum?*

Res vel psona, cuius cōsecratio fit. Quæ autē sunt  
vide tit. de sacra vñt. lib. 1. & dist. 1. de consecrat.

*Quæ Forma?*

Forma cōsecrandi Pōtifex & Imperator,  
habetur c. vñico, ext. de sacra vñt. De forma cō  
secrandi Episcopos legitur in c. Episcopus, dist. 23.



q. c. 1. dist. 75. Panor. & Dd. in. c. si Archiepiscopus, extr. de tēp. ordin. & in c. porrò, 66. dist. De consecrationis modo aliorū clericorū, habetur in c. presbyter, & c. seq. vsq; ad c. psalmist. dist. 23. Forma consecrādi ecclesias traditur in auth. de monachis, §. illud, & auth. de eccles. titulis, §. si quis, & c. placuit, 1. q. 1. & c. 1. dist. 1. de consecrat. Forma consecrandi altaria, aliasq; res sacras, explicatur in d. c. vnico, §. vngitur, extr. de sacra vnct. c. altaris, & c. placuit, dist. 1. de consecrat. Debet autem fieri consecratio diebus festiuis, quò ad commodè fieri possit, vel etiam priuatis, & tantum semel, nisi iterādi causa legitima subsit, c. ecclesijs, dist. 1. de consecrat.

### *Quis Effectus Consecrationum?*

De effectibus consecrationum, vide Hostiens. in §. quis sit effectus, tit. de sacra vnct. Qui variarum consecrationum effectus ponit.

### *Quæ Contraria?*

Pollutio. Quæ in ecclesijs contingere dicitur homicidio, etiam citra sanguinē, & seminis, vel humani sanguinis effusione, & excommunicati humatione. Sed hæc pollutio purgatur per reconciliationem, quæ qua forma fiat? vide c. ecclesia semel, c. solennitates, distinct. 1. & c. consulti, extr. eod.

### AXIOMATA.

*Ea quæ sunt ordinis, non ita, sicuti quæ iurisdictionis sunt, per delegationem transferri possunt, c. penul. extr. eodem.*

*Eccle-*



*Ecclesiis Deo sacratis non est denuò consecratio adhibenda, ni aut incendio, aut alia ruina dissecrata sint. Quo casu omnia ex integro agenda erunt: perinde ac si nunquam consecrata fuissent, c. ecclesijs, dist. de consecr.*

*Episcopus, crescente fide fidelium, nouam ecclesiam construere, & vnã in plures diuidere potest, c. precipimus, 6. quest. 1. & c. nulli, dist. 99.*

DE CELEBRATIONE MIS-  
sarum: & Sacramento Eucha-  
ristiæ: & diuinis officis.

*Titulus XLI.*

Continuatio.

**N**on tantum altariũ, ecclesiarum, aliarũq; rerum consecratio fit, verum etiam ad tremendi illius sacrosanctę Synaxeos, seu Eucharistię sacramenti perfectionem, debita Diuini verbi prolatio, siue consecratio, dēbetur.

*Quid est Eucharistia, & vnde dicitur?*

Eucharistia est, Sacramentum, quod sub speciebus visibilibus, panis, scilicet, & vini, verum sacrosanctum corpus & sanguinem Christi continet: ex cuius sumptione ingentem Dei gratiam & vitam animę consequimur. Dicta Eucharistia, quasi bona gratia, vel gratiarum actio, c. in quadam, & c. cum Marthę, §. quesiuisti, extr. eo. c. species, dist. 2. de consecrat.

*Quæ*



*Quæ continet Eucharistia?*

Sacrosancta Eucharistia à seinuicé tria discreta continet: species, scilicet, visibiles. 2. Veritatem sacrosancti Corporis & Sanguinis Christi. 3. Vberem spiritualis gratiæ virtutē. Quod enim oculis nostris apparet, species sunt panis & vini. Quod sub speciebus fides nostra comprehendit, verum corpus & sanguis est Christi. Quod autem ex participatione sacrosanctæ Eucharistiæ consequimur, virtus est gratiæ spiritualis, & vita æterna, c. quia corpus, distin. 2. de consecrat.

*Quæ causa Efficiens?*

Deus Optimus Maximus: Qui celebrata cum discipulis suis agni paschalis Cœna, hoc sacramentum in suâ commemorationem obseruari præcepit, Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22.

*Quæ causa Impulsiva.*

Amor ille ingens: quo Dominus suos dilexit, vt ait Ioannes 13. Cùm Dominus dilexisset suos, in finem dilexit eos. Cuius quidem amoris, vt diuinum aliquod, atq; admirabile pignus daret, sciens horam iam venisse, vt transfiret ex hoc mundo ad patrem, ne vlllo vnquam tempore à suis abesset, inexplicabili consilio, quod omnem naturæ ordinem & conditionem superat, perfecit.

*Quæ Materia?*

Elementum panis & vini. In hoc enim Eucharistiæ sacramento, visibiles panis & vini species, quæ



quæ tantummodò sacramentum. i. visibile signum sunt rei sacræ: hoc est, Corporis & Sanguinis Christi: quæ sunt res huius sacramenti, & non modò per has res quadam similitudine signantur, sed sub ipsis speciebus reuera continentur, considerantur. Deinde eadem similitudinis ratione, verum illud Christi Corpus sacramentum est mystici illius Corporis Christi, quod est Ecclesia: cuius caput est, Christus, quod in Eucharistia quidem non continetur, tamen veri illius corporis similitudine significatur. Nam quod in vero Corpore est diversitas membrorum, hoc est in Ecclesia diversitas donorum & gratiarum: quam diuinitas charitas compingit, & dirigit in vnitatem. Cuius commercio, quod in singulis Ecclesie membris excellens est, & bonum, id in communione omnium cedit vtilitatem. Huius autem mystici corporis communio & incorporatio, præcipua Eucharistiæ efficacia & principalis virtus, & veri corporis & sanguinis Christi participatione acquirimus. Vnde Apost. 1. Corint. 10. inquit vel & præcipua Eucharistiæ efficacia insinuaret, veri corporis & sanguinis Christi participatione in illud mysticum corpus ordinatum. Calix benedictionis, inquit, cui benedictio, nonne comunicatio sanguinis Christi est? quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Et huius sanctæ participationis fructus insinuans, subdit: Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Huius igitur nobis vsus Eucharistiæ præstat, vt in com-



unionem mystici illius corporis Christi, quod est Ecclesia, velut membra arctius inferamur. Ad quam vnionem insinuandam & commendandam, panis & vinum aptissimè seruiunt: Nam & panis ex multis granis in vnum coalescit, & vinum ex multis racemis confluit. Sic nos per vsu huius diuini mysterij, cum multi simus, in vnum coalescimus, & per Spiritum sanctum adunamur, eodemq; pacis & charitatis vinculo, velut membra, in vnum corpus colligamur, &c. c. quia passus, distinct. 2. de consecrat.

### *Quæ Forma?*

Verbum Christi idem efficiens, quod significat. Est autem tale, quod Christus in institutione huius Sacramenti protulit, & legitur apud Matthæum 26. Marc. 14. Luc. 22. & 1 Corinth. 11. Sub hac orationis forma: Accipite & manducate: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus, noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis, effundetur, in remissionē peccatorum. Hoc facite, quotiescunque bibetis, in mei commemorationem. Sacramentum enim Eucharistiæ ipsa cōsecratio, quæ verborum forma sub pane & vino exprimitur, efficit, c. panis & calix, & c. non omnis, distinct. 2. de consecrat. Hinc Augustinus: Verbum Christi, si ad elementum accedar, sic



752 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
fit sacramentum, & Matth. 26. benedixit licet ac-  
cipere.

*Quæ causa Finalis institutæ  
Eucharistiæ?*

In hunc finem instituta est Eucharistia, ut pas-  
sionis & mortis Christi recordemur, eamq; an-  
nuntiemus perpetuò. Sic enim ipse ait: Hoc fa-  
cite in mei commemorationē. Et Paulus: Quo-  
tiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem  
bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec  
veniat. Vult autem ob id Dominus meminisse  
nos suæ passionis, ac mortis: 1. Ut ea recordatione  
fidē nostrā subinde & excitemus & cōfirmemus,  
persuasi scilicet, ipsius mortem, esse redemptio-  
nem ac vitam nostram: ipsius sanguine ab om-  
nibus peccatis nos mundatos esse, & etiamnum  
mundari, c. quia morte, dist. 2. de consecrat. 2.  
Ut ad gratiarum actionem, ipsi pro tam estimabili  
beneficio iugiter offerendam incitemur. 3. Ut  
ad peccatorum abdicationem, bonorumq; con-  
trā operum ac innocentiae studium animemur.  
Cogitantes nimirum seriò, nos iam factos esse  
membra Christi, eoq; actiones etiam deere tan-  
to capite nostro dignas: hoc est, prorsus Christia-  
nas. 4. Ut ad fraternæ quoque charitatis imita-  
memur officia. Sic nempe totos nos impenden-  
tes proximis, quemadmodum ipse Christus se  
totum nobis impendit, &c.

*Qui Effectus?*

Primus est: Ut de sacro Domini Corpore & san-  
guine participantes in membra eius trāeamus,  
& uniamur cum illo, non solum secundum spi-  
ritum



ritum, fide, & charitate, sed vera corporis vnio-  
 ne: vt iam ipsi velut membra capiti inhereamus,  
 & vnum cum illo corpus efficiamur, secundum  
 Iohannem 6. Qui manducat meam carnem, &  
 bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in  
 eo, & qui manducat hunc panem, viuit in æter-  
 num. Alter effectus ex primo dimanat, est aditus  
 ad æternam hæreditatem, quæ noui atq; æterni  
 testamēti iure ad nos venit: in Christo enim ma-  
 nentes, vitam æternam, & similem cum illo im-  
 mortalitatis gloriam, in ipso & per ipsum possi-  
 dere poterimus, nec iam vilius gratia cum illo  
 nobis intercedat diuortium, Nec possit vnquā  
 alibi fieri diuersum, quod hic tam firmo artifi-  
 simoq; vnionis vinculo est colligatum. Vnde Io-  
 hannes 6. Qui edit meam carnem, & bibit meū  
 sanguinem, habet vitam æternam: & ego susci-  
 tabo eum in nouissimo die. Deniq; sumptione  
 Eucharistiæ confirmamur in fide, munimur ad-  
 uersus omnis generis vitia, ad honorum operū  
 studium extimulamur, & ad charitatem inflam-  
 mamur.

*Quæ Affinia?*

Mannæ distributio, Patribus facta, & azyma,  
 c. inquit, & c. vbi pars est, dist. 2. de cōsecrat. Quæ  
 quasi Eucharistiæ præfiguratio fuerunt. Diffe-  
 runt tamen effectū secundum Iohannem 6. Hic  
 est panis ille, qui è cælo descendit, nō sicut com-  
 ederunt patres vestri manna, & mortui sunt:  
 Qui ederit hunc panem, viuet in æternū. Et Apo-  
 stolus Paulus, 1. Cor. 5. Expurgate vetus fermen-  
 tum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi  
 etenim Pascha nostrū immolatus est Christus  
 Bbb itaqu



784 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
itaque epulemur, nō in fermento veteri, neq̄ in  
fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis syn-  
ceritatis & veritatis. Et alia sacramenta, quō ad  
collationem spiritualis gratiæ, Eucharistiæ affi-  
nia sunt, licet ex omnibus sacris mysterijs, quæ  
nobis tanquam diuinæ gratiæ certissima instru-  
menta Dominus Saluator noster commēdauit,  
nullum sit, quod cum sanctissimo Eucharistiæ  
sacramento comparari queat.

*Quæ Adiacentia?*

Spiritualis gratia, diuinitas Christi, fidelitas  
sumentis.

*Quæ Pugnancia?*

Omissio verbi diuini, contemptus solenni-  
um, aliarumq̄ rerū, quæ Ecclesia obseruari præ-  
cepit, simulatio consecrationes, infidelitas, c. de  
homine, & c. fin. ext. eod.

De cælebratione Missarum habetur in c. cum  
Marthæ, extr. eod. & per totum, dist. 2. & dist. 4.  
in fin. de consecrat.

De diuinis officijs clericorum agitur in c. 4.  
& c. dolentes, extr. eod.

AXIOMATA ET SENTENTIÆ

Ecclesia gremium non claudit redeuntibus, c. solu-  
cis, dist. 2. de consecrat.

Corporeum illud manna nunc est tanti res mirabile,  
quia venit quod perfectum est: perfectus autem panis  
cælo corpus est, ex uirgine natū, c. corporeum, ead. dist.

Corpus Christi quod sumitur, & figura est in speculo  
veritas in substantia, c. corpus, dist. 2.

Sancta nocent malis, & mala profunt bonis, c. 1.  
sancta, dist. 2. eod.

Mentis



LIBER TERTIVS. 758

Mentiri Deo: ipsum fallere nō potes, c. panē, dist. 2. eo.  
Non corpus, sed anima substantiam fulcit panis vitæ  
æterna, c. non iste, dist. 2.

Credere in Christū, est panem & vinum manducare:  
qui credit in eum, manducat eum, c. vt quod, dist. 2. eod.

Non natura nascitur, sed consecratione conficitur nobis  
Corpus & Sanguis Christi, c. panis, dist. 2.

Sacrificium visibile inuisibile est sacramentum, id est,  
sacrum signum. Sacramentum est inuisibilis gratia visibi-  
lis forma, c. sacrificium, dist. 2.

Signum est res, præter speciem, quam ingerit sensi-  
bus, aliud aliquid faciens ex se in cognitionem venire, c.  
signum, dist. 2. de consecrat.

Vbi pars est corporis, est & totū. Eadē ratio est in cor-  
pore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præces-  
sit, de quo dicitur: Qui plus collegerat non habuit ampli-  
us, neq; qui minus parabat habuit minus. Nō enim quā-  
ntitas visibilis in hoc æstimatur mysterio, sed virtus sacra-  
menti spiritualis, c. vbi pars est, dist. 2. eod.

DE BAPTISMO ET EIVS

Effectu.

Titulus XLII.

Continuatio.

**B**aptismus, qui quasi ianua est, qua in Chri-  
stianæ vitæ societatem ingredimur, conse-  
cratione quoq; perficitur.

Quid Baptismus?

Baptismus definitur sacramentum, quo quis  
recta animi intentione, & debita verborum for-  
ma obseruata, alium non contraſcientē, aqua  
elementari abluit, pro remissione peccatorum.

Bbb

2

Secd



Sed magis appositè, Baptismus definitur, sacramentum esse regenerationis, per aquam in verbo, iuxta illud Apostoli, Ephe. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo. Et Iohannis 3. Nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Natura enim ex Adam filij ire nascimur, per Baptismū verò in Christo filij misericordiæ renascimur. Siquidem dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, ijs, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, Iohan. 1.

*Quæ causa Efficiens?*

Christi mandatum, & voluntas, iuxta illud Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & huic promissioni, innititur. Qui credit, & baptizatus fuerit, is saluus erit, Marci. 16.

*Quæ Materia?*

Omne naturalis aquæ genus, siue ea maris, siue fluminis, siue paludis, siue putei, aut fontis, quæ sine vlla adiunctione aqua dici solet. Nam, ut Saluator docuit: Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Et Apostolus inquit: Ecclesiã lauacro aquæ mundatã esse, & Diui Iohannis epistola scriptum legitur: Tres sunt, qui testimonia in terra dant, scilicet Spiritus, Aqua & Sanguis. Vnde in c. 1. dist. 4. de consecrat. dicitur: Renascitur homo ex aqua, visibili sacramento, & spiritu inuisibili, scilicet intellectu, ut Symbolum Baptismi visibiliter accipiat, & spiritualẽ intellectum ipsius Symboli percipiat: vel ex aqua visibili, & Spiritu sancto



sancto: Vt enim aquæ natura & vis inest eluendarum rerû corporaliû sordes: ita aqua Baptismi significat animi sordes in Baptismo purgari. nõ tãtùm verò purgatio hæc animi per aquã illã significatur, sed & re ipsa vereq; in Baptismo fit.

*Quæ Forma?*

Formam Baptismi ostendit Christus cùm Apostolis iussit, Vt in nomine Patris, & Filij, Spiritusq; sancti baptizarent credentes. Est autem hæc forma Baptismi perfecta & absoluta, qua actio ministri, & persona eius, qui baptizatur, exprimitur: vt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hoc enim est verbum, quod aquam significat, & ad abluendas etiã internas, animi sordes, efficacẽ reddit, Matth. 28. Si tamen minister ignorans Latinè loqui diceret: Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritua sancta, si non animo introducendi errorẽ, vel hæresim, sed intentione baptizandi infringendo linguam, ita dixisset, baptizatus non est denuò baptizandus. Cùm talis error linguæ, Baptismi effectum nõ impediat, c. retulerunt, dist. 4. de consecrat, & c. si non sanctificatur, dist. 4. eod. Baptismus igitur formam suam ab Euangelio habet, c. penult. extr. eod. alia verò, quæ in Baptismo dicuntur, fuerunt instituta ab Ecclesia, c. propriè, de consecrat, dist. 4. & fuit Apostolis concessum baptizare, in nomine Christi tantum, propter nomen Christi ampliandum, d. c. propriè, & vide tex. in c. à quodam, de consecrat, dist. 4. & ibi Arch. & glos.

*Quæ causa Finalis?*

Vt in hæredes Christi recipi, & æternæ felicitatis



ratis participes esse possimus. Hoc enim sacro-  
 sancto Baptismatis fonte, quasi regenerationis  
 lauacro mandati, & ab omni noxa liberati, per  
 gratiam Dei, ad diuinam in omnem perpetua-  
 tem cum beatis perfruendam hereditatem qua  
 per casum Adæ indigni facti fueramus, rursus  
 admittimur. Magnæ igitur necessitatis sacrame-  
 tum est, Baptismus: sine quo aliàs Christianæ so-  
 cietati & hereditibus Dei aggregari nõ possimus.  
 Sicut enim in rebus externis, nulla huius rei  
 commoda sentire potest homo, nondum natus  
 sic nec spiritualium bonorum participationem  
 quisquam potest, nondum renatus, priusquam  
 spiritalem vitam, suscepto regenerationis lau-  
 cro, inchoauerit.

*Qui Effectus?*

1. Baptizatus, eo eripitur à regno & tyrannide  
 diaboli, c. primùm, dist. 4. de consecrat.
2. Donatur remissione omniũ suorũ peccato-  
 rũ c. maiores. ex. eo. & c. ex quo instituta, dist. 4. eo.
3. Donatur spiritu sancto, & vera innocentiã,  
 c. non potest, dist. 4. eod. & c. per aquam, eod.
4. Ad hoc Baptismus valet, vt dicitur in c. ad  
 hoc, dist. 2. de consecra. vt baptizati Christo in-  
 corporentur, & membra eius habeantur, conse-  
 pelianturq; & oblati per sacramentũ charitatẽ  
 fidelium reconcilietur Deo: vt in eo viuunt, salui, li-  
 berati, redẽpti, illuminatiq; fiant, d. c. ad hoc. Ba-  
 ptizati addicuntur cõsecraturq; Deo Patri & Fi-  
 lio, & Spiritui sancto: huius deniq; sunt filij & q; filij  
 heredes, d. c. maiores, ext. eo. 6. In Baptismo enim  
 nis malorum fomes extinguitur: nõ vt nõ sint,  
 sed vt nõ obsint, c. per Baptismũ, dist. 2. de cõsec.

Qua



*Quæ Cignata?*

Circuncisio, in cuius locum salutari Christi in-  
stitutione Baptismus est successus, c. quod autè,  
dist. 4. de cōsecrat. Diluuium, transitus maris ru-  
bri, & aliæ ablutiones, de quibus tam in veteri,  
quàm in nouo testamento legimus. Diluuium e-  
nim, quo mundus purgatus est, quòd multa ma-  
litia hominum esset in terra, & cūcta cogitatio  
cordis intenta ad malum, huius aque figuram &  
similitudinem gessisse, Apostolus in priori epi-  
stola ostendit. 1. Pet. 3. Et maris rubri transitum  
eiusdem aque sacrosanctæ significationem ha-  
buisse, Diuus Paulus ad Corinthios exposuit, I.  
Corin. 10. Vt interim omittam tum Naaman  
Syriæ ablutionem, tum probaticæ piscinæ admi-  
rabile vim, & alia id genus multa, in quibus hu-  
ius mysterij symbolū inesse facile apparet. De  
prædictionibus autè dubitare nemo potest, quin  
aque illæ, ad quas tã liberaliter Isaias Propheta  
oēs sitientes inuitat, vel quas è templo egreden-  
tes Ezechiel in spiritu vidit, tū præterea fons il-  
le, quem domui Dauid habitantibus Hierusalè  
paratum in ablutione peccatoris, & mēstruatæ,  
Zacharias prænuntiavit, ad salutarem Baptismi  
aquam indicandam, & exprimendā pertineant.

*Quæ Adiacemia?*

Examinationes, promissiones, renuntiatio-  
nes, ritus & cæremoniæ, de quibus habetur in c.  
baptizandi, c. postea, c. deinde, c. sacerdotes, c. si  
quis, c. post Baptismum, dist. 4. eod. susceptio, fi-  
des suscipientis, & baptizandi, si sit adultus, alio-  
quin offerentiū fides sufficit, quæ paruulos fide-  
les reddit, ij enim per verba gestantiū quodam-



modò fidem confitentur, & diabolo mundoque renuntiant. Et hoc fieri dicitur vi sacramenti & diuinæ gratiæ, quam Deus Ecclesiæ concessit, c. paruuli, distinct. 4. de consecrat. c. mater, eod. c. in ecclesia, eod. & c. illud perscrutari, dist. 4. Imò paruulus baptizatus fidem habere dicitur, propter fidei Sacramentum: etenim ita fideles vocantur, non rem ipsam, mente abnuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo, c. nihil est aliud, dist. 4. de consecrat.

*Quæ Pugnantiæ?*

Infidelitas baptizantis & baptizandi adhibet non enim tam ablutione corporis, quam fide cordis Baptisma constat, c. verus, dist. 4. Similitudo ficta. Vnde qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur; quia spiritus disciplinæ effugiet fictum; aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum per fictionem replicantur, c. quomodo, & c. tunc ualere, dist. 4. eod. Baptismi reiteratio. reiteratio enim baptisma non debet, cuius formam constat integrè collatam, c. hi de quibus, c. ostenditur, c. si qui apud, dist. 4. Nota tamen, quòd etsi ab hæretico vel pagano Baptismus fit collatus, animo baptizandi, reiteratio non concedatur: idem est, si minister sit in mortali peccato cõstitutus, vel peruersis moribus præditus. Sicut enim Sol transiens per sordida loca non contaminatur, ita nec sacramenta administrata per malos non possunt vitiari. Nō enim tam ministri rectè administrare volentis officiū, quàm spiritus Dei subministrantis gratiam diuinam attendimus, c. Romanus, c. si inter bonos, distinct. 4. eod. de



vt dicitur in c. baptisimus, ead. dist. Non merita ministrorum, sed virtus Christi in Baptismate, alijsq; sacramentis operatur.

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

*Necessarium est visibile Sacramentum aquae, ad ab-  
lutionem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina  
inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animae, c.  
dist. 4. de consecrat.*

*Finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti, c.  
si quis, distinct. 4. de consecrat.*

*Sicut per bonum, ita per malum ministrum, aequè Ba-  
ptisma ministratur, c. si inter bonos, dist. 4.*

*Non merita ministrorum, sed virtus Christi in Ba-  
ptismate operatur, c. Baptisimus, dist. 4. eod.*

*Verba erroris per imperitiam prolata, non impedi-  
unt aquae sanctificationem, c. si non, dist. 4.*

*Qui in Baptismo paruulos suscipiunt, pro eis apud  
Deum fidei iussores existunt, c. vos ante, dist. 4.*

*Qui in maternis sunt vteris, idè cum matre bap-  
tizari non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adā  
non est, secundum Christum regenerari non potest, c. qui  
in maternis, dist. 4.*

*Tanta est baptisimi virtus in sancta compage corpo-  
ri Christi, vt semel regeneratus per aliorum voluntatē  
deinceps non possit vinculo alienae iniquitatis obstringi;  
cū nulla sua voluntate consensit, c. queris à me, dist. 4.*

*Anima patris, est anima filij, d. c. queris, eod.*

*Peccato alterius sine sua conscientia nemo tenetur,  
d. c. queris, eod.*



*Gratia non tantum peccata dimittit, sed magis  
gem implere facit c. gratia, distinct. 4.*

*Non tam ablutione corporis, quam fidei  
ptisina constat, c. verus, dist. 4.*

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO, Et: An Ordinatio presbyteri non baptizati subsistat?

Titulus XLIII.

Continuatio.

CUM non, nisi per meritum Christi, & Baptismum, iuncta fide in Christum, Christianorum nomē adipiscamur: patet presbyteri antequam baptizatus sit, ordinari nō posse: de facto ordinetur, tamen ordinis character non recipere, c. 1. &, c. veniens, extr. eod. Et enim Baptismus fundamentum Christianitatis, quo deficiente, nullius Ordinis character imprimi potest: item est, si Baptismus cessarit: sed in eo forma non fuerit servata, dubium fit: an baptizatus sit, vel forma servata? Et sic de iure vel facto Baptismi ignorari potest: Potest enim hoc casu Baptismus ante ordinem conferri, nec ob id Baptismi iterum fieri dicitur. Quia non videtur iterum, quod ambigitur esse factum, c. fin. §. fin. ex. eo. &, §. verum, 32. quest. 6.



DE CVSTODIA EVCHARISTIAE,  
Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

## Titulus XLIIII.

*Qua poena Custodis negligentis observare  
res sacras?*

¶ S, cui cura custodiendi res sacras, cōmissa est, nihil negligētię admittere debet: quòd si fecerit, et si nihil nepharium, contingat, custos in poenā negligentiae triū mensium suspēnsioni subijciatur: vel, si inde turpe quid sequatur, pro arbitrio iudicis punitur. Si quis autem per ebrietatē, vel voracitatem Eucharistiā euomit, si laicus sit 40. diebus: si clericus 70. pœnitere debet, c. si quis, dist. 2. de consecrat, licet si per infirmitatem contingat, 7. dierum poenitentia statuta sit.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE  
Sanctorum.

## Titulus XLV.

*Qui pro Sanctis venerandi sunt?*

¶ Non oēs, qui miracula faciunt, quia quandoque etiam per malos miracula fieri possunt, c. teneamus, 1. quæst. 1. Sed qui Apostolica autoritate approbati, & in numerum sanctorum relati, vel canonizati sunt.

*Quid est Canonizare?*

Canonizare est, vt ait Innocentius in c. 1. ex. eo. sanctos canonicè & regulariter statuere, vt approbatione præmissa, pro Sanctis, ob vitæ sanctimoniam, præclaras virtutes, vel miracula, vltra potentiam humanam, & quasi diuinitus facta, honorentur.

Quæ



*Qua Forma Canonizandi?*

Notat Hostiens. in Summa. Primò oportet inquiri de vita, morib<sup>9</sup>, rebus præclare gestis, c. miramur, dist. 91. Secūdo, vtrūm in vita persecutio- nes passus fuerit, c. omnis, 7. q. 1. Tertio inquire- dum de miraculis in vita, & post mortem factis. In quibus quatuor requiruntur. 1. Quòd à Deo non ex arte quadam procedant, c. teneamus, 1. q. 1. 2. Quòd sint contra naturam. 3. Quòd non ex vi verborum, sed ex pietate hominis hæc con- tingant, c. cum Marthæ, extr. de celebrat. Missæ. 4. Quòd sint ad confirmationem fidei, arg. c. cate- chumenum, dist. 4. de consecrat.

*Quid de Reliquijs?*

Præcipit Innocentius III. in Concilio generali Prælatis, vt non permittant eos, qui ad eorum Ecclesias, causa venerationis accedunt, varijs lig- mentis, aut falsis documētis decipi, sicuti in ple- risque locis occasione quæstus fieri consuevit, c. cum eo, extr. eod. idèd ne quid in posterum Chri- stianæ religioni detrahatur, vt antiquæ reliquæ extra capsam nullatenus ostendantur, nec expo- nantur venales: inuentas autem de nouo nemo publicè venerari præsumat, nisi prius authorita- te Pontificis fuerint approbatæ, decreto vetat, c. fin, extr. eod.

## DE OBSERVATIONE IEIUNIORUM.

*Titulus XLVI.**Quid est Ieiunium?*

**I**eiunium, teste Innocentio, in c. 1. extr. eod. est parsimonia victus, & abstinentia ciborum cer- tis



is ab Ecclesia institutis temporibus seruanda.

*Vnde dicitur Ieiunium?*

Ieiunium dicitur à quodam intestino ieiuno vocato, quod semper vacuum est, subtile, & ieiunum, mediaq; viscera vacua & exinanita relinquit, Innocent. d. c. 1. extr. eod.

*Quotuplex Ieiunium?*

Ieiunium triplex dicitur esse: Primum est afflictio carnis, ex abstinentia ciborum certis ab Ecclesia institutis diebus, ab hominibus communiter obseruanda, de quo propriè hoc titulo dicitur. Alterum dicitur perfectum, scilicet abstinentia à cunctis illecebris, iniquitatibus, & illicitis voluptatibus: de quo habetur in c. ieiuniū, dist. 5. Tertium dicitur, discreta & moderata ex naturali ratione conueniens refectio, secundum quam non luxuriosam sed temperatam vitam ducimus: de quo legitur in c. sint tibi, distinct. 5. de consecrat.

*Qua causa Efficiens?*

Potentia appetitiua hominis, & decreta Pontificum, ieiunia certis temporibus indicentium, c. consilium nostrum, ext. eod.

*Quod Obiectum?*

Abstinentia ciborum & vitiorum. Vnde ieiunium non tantum ab escis, sed à cunctis illecebris dicitur abstinentia.

*Qua Forma?*

Ieiunij obseruatio regulariter secundum naturæ legem constituitur: tantum enim cibi & potus, (ut ait Cicer. in Catone maiore) sumendum est, quo reficiantur, non opprimantur vires tam corporis quam ingenij. Sed determinatio temporis &

mo



modum ieiunandi secundum Pontificum institutum  
Canonibus traditur, scilicet, c. soler, de consecrat.  
dist. 1. & tot. tit. hoc, de obseruat. ieiuniorum.

*Qui Effectus?*

Humilitas, continentia, & castitas. Nam, ut dicit  
Augustinus, purgat animam, mentem subleuat,  
propriam carnem spiritui subijcit, cor facit con-  
tritum, & humiliatum, concupiscentia nebulas  
dispergit, libidinum ardores extinguit, castita-  
tis vero lumen accendit.

DE PURIFICATIONE POST  
partum.

*Titulus XLVII.*

*An mulier post partum aditum arceatur ab  
ecclesia ingressu?*

**L**Ege Mosaica, mulier, post partum, iudicaba-  
tur immunda: ideo pariens masculum, usque  
ad 40. foeminam autem si pareret, usque ad 80. dies  
ab ingressu templi arcebatur. Hodie vero, cum  
ymbra legis euauerit, veritasque Euangelij illu-  
xerit: si mulieres post partum editum, actus gra-  
tias Deo, ecclesiam intrare voluerint, ne poena  
illis in culpam conuerti videatur, nullus mulie-  
ribus ad ecclesiam se conferre volentibus, adi-  
tus praeccludi debet, c. volens, extr. eod.

DE ECCLESIIS AEDIFICAN-  
dis vel reparandis.

*Titulus XLVIII.*

*An noua ecclesia extrui possint? Et quae requirantur?*

*Non tantum ecclesiae ruinam minantes ex fa-*



brica, alijsq; contributionibus reparari, verum etiam, iusta causa urgente, è fundamentis nouæ extrui debent: Aded, vt nec obstante iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis, Episcopus ecclesias & oratoria ob iustam causam ædificare possit, c. fin. extr. eod. Sunt autem iustæ causæ: 1. Populi incrementum, d. c. fin. extr. eod. & c. felix, 15. quæst. 1. 2. Nimia distantia ecclesiæ. Nã vt ait Alexander III. propter nimiam distantiam ecclesiæ, potest noua ecclesia, certa portione de antiqua sibi assignata in ipsius parochia extrui, c. ad audientiam, extr. eod. 3. Qualitas temporis, c. & temporis qualitas, 16. quæst. 1. 4. Pietatis ratio, ob morbum contagiosum: vnde leprosis vnà habitantibus ecclesiam vel oratorium ædificare permittitur, c. 2. extr. eod.

DE IMMUNITATE ECCLESIA-  
rum, cœmeterij, & rerum ad eas  
pertinentium.

*Titulus XLIX.*

*Continuatio.*

**E**cclésijs, religiosis domibus, eorundemq; rebus & ministris, immunitates tam Imperialibus cõstitutionib; quàm Pontificũ decretis, sũt concessæ. Quibus ab omni onere, exactio- num & collectarũ solutiõne religionis fauore liberãtur.

*Quid est Immunitas?*

Immunitas est, ab onere vel munere in fauorem alicuius concessa liberatio, toto tit. ff. de iure immun.

*Vnde*



*Vnde dicitur Immunitas?*

Immunitas dicitur, quasi sine muneribus data libertas, Hostiens. in §. & vnde, hoc tit.

*Quotuplex Immunitas?*

Triples: Localis, Personalis & Realis.

*Quid est Localis?*

Localis est, quæ sacræ ædi, religiosis domibus, cœmeterijs, alijsq; religiosis locis conceditur. Vnde cum Ecclesia Dei, secundum Evangelicam veritatem, vt ait Lucius tertius in c. cum Ecclesia, extr. eod. domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum, seculares iudices, causas, vbi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in Ecclesijs vel cœmeterijs agitare, sub interminatione anathematis prohibetur. Et ratio est. Quia absurdum & crudele videtur, ibi iudicium sanguinis exercere, vbi est turra refugij constituta, d. c. cum Ecclesia; nec in domibus ecclesiarum causas civiles, vel canonicas decidere, vel hospitium habere possunt. Missus, Comes, Iudex, vel minister publicus, c. i. extr. eod. Imò, non tantum iudicia secularia, verum etiam publicæ quarumlibet societatum, & vniuersitatum conciones & consilia, nundinarum, aliorumq; secularium tractationes, confabulationes, fœda & prophana colloquia: & alia quęcunque, quæ diuinum cultum turbare vel impedire, aut oculos diuinæ maiestatis offendere possint, ab ecclesijs penitus amoueri debent, c. de cet, eod. tit. in 6. Immunitates autem locis religiosis concessæ, non tantum ratione sui, verum etiam illorum, qui eo loci degunt, commemorantur.



tur, & accedunt, intelliguntur. Vnde confugientes ad ecclesias, inde extrahi iure vetatur. Distinguitur tamen. Aut seruus confugit, aut liber: si liber: aut ob debita, aut ob commissum delictum, eo confugit. Si ob debita: siquidem reipublicæ debeat, non extrahitur, si tamen post citationem legitimam ipse per se, vel per procuratorem, non compareat, proceditur contra eum ad primum & secundum decretum, & mittitur creditor vel actor in possessionem suorum bonorum, Nouel. de mand. princip. &, l. præsentis, C. de his, qui ad eccles. confug. Si verò sit priuati hominis debitor, iudex triginta illi securos dies cōcedet, ad allegandum suas legitimas exceptiones, si quas habet & se defendendum, & si condemnatur, iudex sententiam latam, prout legitime potest, exequetur, d. l. præsentis. Si autem, ob delictum confugit, ius civile inter leuora & atrocia delicta distinguit, d. l. præsentis. Ius autem Pontificium quantumcunque graua maleficia perpetrauerit: Non tamen violenter ab ecclesia extrahendum, nec inde ad mortem, vel ad pœnam damnandum statuit. Et ratio est. Quia honor ecclesiarum conseruari debet, c. Reum ad ecclesiam, 17. quæst. 4. Excipit tamen Innocentius III. duos casus: Nisi publicus latro fuerit, vel notarius depopulator agrorum: qui, dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet aggressionis infidijs, illi enim iuxta canonicas sanctiones impunitate non præstita ab ecclesia extrahi possunt. Ratio est. Quia ecclesia non vult esse receptatrix eorum, quos ob nimiamurbationem tranquillitatis humanæ Deus ipse æternale



na lege puniri præcipit, c. inter alia, extr. eo. & ibi Panor. Sin autem seruus ad Ecclesiam confugerit, interest, an propter seruitia, quæ domino præstare detrectat, an ob nimiam domini sauitiam & immanitatem, ad Ecclesiam cõfugerit: Et priori casu, domino petenti seruus restituendus est. Posteriore autem, si dominus de impunitate sua clericis iuramentum præstiterit, seruus etiã inuitus ad seruitium domini sui redire compellitur: alioquin à domino propria autoritate extrahi poterit, d. c. inter alia, extr. eod. Quæ tamen omnia Gregorius IX. ita intelligit: Nisi sub spe immunitatis in ecclesijs vel cœmeterijs delictum: puta, homicidium vel mutilationem membrorum, pateretur. Frustrà enim legis auxilium inuocat, qui in legem ipsam committit, c. immunitatem, extr. eod. Intelligit quæ non tantum de ecclesia consecrata, verum etiam de ea, in qua diuina mysteria celebrantur: licet adhuc non sit consecrata. Quia obsequijs diuinis dicata, nullius est temerarijs ausibus profananda, c. ecclesiæ, extr. eod.


Tandem definit Concilium Toletanum, ipsam immunitatem non tantum ipsi ecclesiæ, verum etiam amplius circumiacenti loco tribui: scilicet, vt liceat confugiendi, intra triginta passus ab ecclesiæ ianuis progredi, in quibus 30. passibus vnius cuiusque ecclesiæ in toto circuitu, reuerentia defendatur, in tantum, vt si quis confugiens ad ecclesiam, vel intra triginta passus contumeliose, inde violenter abstraxerit, sacrilegij criminis reus excommunicetur, ab hisq; legitimis penis plectatur, c. definiuit, 17. q. 4. c. frater, c. s. ab-



ut, c. confitui mus, & c. si quis contumax, 17. q. 4. Is autem qui tumultum, vel seditionem conclamationibus & aggressibus concitet, vltimo supplicio subijciatur, l. denunciamus, C. de ijs qui ad eccles. confug. & per Guilhelmum de Cuneo ibidem. Iudæi autem ad Ecclesias confugientes, non debent suscipi, priusquam vniuersa debita soluerint, vel suscepti de crimine se purgauerint, l. 1. C. de ijs, qui ad eccle. confug.

*Quid est Realis Immunitas?*

Realis immunitas est, libertas, qua res ecclesiastica, ab onere tributorum, aliarumq; exactio num, quæ à seculari potestate imponuntur, eximuntur. Vnde nulla persona iurisdictionem secularè exercens, potest tallias, collectas, vel exactiones imponere ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, vel ab ijs exigere, pro domibus, prædijs in eiusdem territorio sitis: vel quibuscunq; possessionibus, ab ijs acquisitis vel acquirendis. Item; ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ, nō coguntur solvere pedagia vel guidagia, nec tallias pro rebus suis proprijs, quas nō causa negotiadi deferunt, vel deferrī faciunt, vel transmittunt, c. si diligenti, ext. de præscript. c. ecclesia, extr. de constit. c. si clericus, ext. de foro comp. & c. præsentī, extr. de cens. Si tamē tāta sit in Republica necēssitas, aut vtilitas, vt Episcopus cū clero suo laicorum nō suppetentibus facultatibus, cōmunes vtilitates per subsidia ecclesiastica subleuandas duxerit, Romano prius consulto Pontifice, omni penitus cessante coactione, poterit aliquid in commune conferre, quod laici humiliter ac deuotè





cum gratiarum actione suscipere debent, c. non minus, & c. caduersus, extr. eod. Ab angarijs autem, parangarijs, vel plaustris, alijsque muneribus, propter Principis expeditionem incumben- tibus, res ecclesiæ non sunt immunes. Quod & Canō in decretum relatus de tributis statuit, c. si tributum, 11. quæst. 1. inquit: Agri ecclesiæ sol- uant tributum: si agros desiderat Imperator, po- testatem vindicandi habet. Tollat igitur eos, si libitum est: non tamen Imperatori eos dona- mus, sed vindicanti non negamus, d. c. si tri- butum.

*Quid est Personalis Immunitas?*

Personalis immunitas est, qua personæ ec- clesiasticæ à iurisdictione Laicorum, muni- busque personæ industriam & factum concernen- tibus contingit exemptio: Clerici enim à iurisdic- tione Laicorum, de iure diuino, cum res quasi spirituales sint, eximuntur. Eo enim ipso, quod quis ordinatur in clericum, efficitur res sanctæ transfertur in sortem domini, c. cui porto, 16. quæst. 1. c. quanquam, de cens. in 6. & c. Imperator, 96. distinct. A maneribus etiam personales immunes sunt clerici, teste Leone Augusto, in generaliter, 16. quæst. Qui ait: Generaliter sancimus, omnes viros reuerendissimos, Episcopos, necnon presbyteros, seu diaconos, & subdiaconos, & præcipuè monachos, licet non sint cleri- ci, immunitatem ipso iure omnis habere tutelæ siue testamentariæ, siue legitimæ, siue iudicialis, & non solum tutelæ esse eos expertes, sed etiam curæ non solum pupillorum, & aduul- rum, verum etiam furiosorum, & mutorum, alia.



aliarumque personarum, quibus tutores vel curatores à veteribus legibus dantur. Tamè cum pietas & vrgens necessitas quemlibet ad negotia impellere debeant, personarum, quibus immunitatis priuilegium cōcessum est, à cura viduarum, orphanorum, aliarumque miserabilium personarum, excusationem non habent, nec tempore magnæ necessitatis clerici à murorum vigilijs, excubijs, & defensione: quæ inter res omnes, seditiosis tumultibus, & bellis conturbatas, etiam susceptis armis, salutem patriæ recuperandæ & conseruandæ impenditur, liberi sūt sed omnes ad hoc generaliter compelliuntur, quatenus cunctis vigilantibus, melius valeat ciuitatis custodia procurari, & hostile malum plurius præsidio auerti. Naturæ enim lex quemlibet in defensionem patriæ totis viribus incumbere monet, c. peruenit, extr. eod. & c. si nulla, 23. quæst. 8.

*Qua causa Efficiens?*

Decreta Pontificum, & Imperiales constitutiones, quibus personis, locis & rebus Ecclesiasticis singulari fauore religionis, immunitates concessæ sunt, c. non minus, extr. eod. c. 2. eod. tit. in 6. & l. præsentis, C. de ijs, qui ad ecclesias confugiunt.

*Quod Subiectum?*

Ecclesiæ, & loca religiosa, eorumque res, & personarum, siue ministri his deputati, quibus priuilegia immunitatum conceduntur, c. frater, 17. quæst. 4. & l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles.



*Quod Obiectum?*

Munus, & alia, à quibus ecclesiæ, eiusque rebus & personis liberatio datur. Munus, teste Paulo, tribus modis dicitur: vno, donum, altero, onus, tertio, officium, l. munus, ff. de verb. signif. Et hoc rursus vel patrimoniorum, vel personarum, vel mixtum dicitur. Personale est, quod animi prouisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetratur. Patrimoniale dicitur, quod sumptibus patrimonij & damnis administrantis expeditur. Mixtum est, quod ab utrisque participat. Quorum varia exempla vide in l. 1. & l. si, ff. de muneribus & honorib.

*Quæ Forma?*

Vt singulari religionis favore immunitas, vel personis, vel locis, vel rebus ecclesiasticis datur. Ad consequendum autem ius immunitatis Ecclesiæ, requiritur, vt ipsa vel consecrata, vel diuini officijs destinata sit. Nā ecclesia obsequij diuini dicata, licet nondū consecrata gaudet immunitatis priuilegio: ita, vt nemo ipsam temerario ausu profanare possit: ita in constituenda & defendenda immunitate personali desideratur, vt clericus ad maiores ordines promoueatur. Quoniā clericus in sacris non constitutus, personale munus subire compellitur, c. ecclesiæ, extr. eod.

*Quis Finis?*

Vt debitus honor ecclesiæ conseruetur: & vt cultus Diuinus diligentiori cura clericorum

pro.



promoueat, c. reum, 17. quæst. 4. & c. cum ecclesia, extr. eod.

*Quis Effectus?*

Est ipsum immunitatis ius, quod eius temerarium violatorem subiicit excommunicationi, alijsq; legitimis pœnis, c. non minus, extr. eod. c. 2. eod. in 6. & c. frater, 17. quæst. 4. & contra seditiosum turbatorem pro infligenda pœna capitali competit, criminalis accusatio, l. denunciamus, C. de ijs, qui ad eccles. confug.

*Quæ Cognata?*

Priuilegia, indulgentiæ, rescripta, gratia, dispensatio, quæ nihil aliud est, quàm quædam relaxatio facta à iure, causa cognita, ab eo, qui ius dispensandi habet.

*Quæ Pugnantiæ?*

Contrariantur personali immunitati & alijs immunitatibus personæ concessis, enormia delicta clerici, quæ inducunt irregularitatem: vt sūt homicidium, sacrilegium, adulterium, falsum testimonium, & c. c. si Episcopus, 5. dist. & c. Apostolus, 81. dist. Reatus enim omnem honorem excludit, l. 1. C. vbi senatus. & clarif. & priuilegium amittit, qui permessa sibi abutitur potestate, c. priuilegium, 11. q. 3. & c. suggestum, extr. de decim. Pugnatur etiam contemptus habitus clericalis: eo enim casu perdit priuilegium, c. fin. ext. de vita & honest. cler. & c. 1. & c. priuilegijs, ext. de exces. priuileg. Ratio est. Quia cum, spreto sui status & ordinis habitu, vitam delegerit secularem vt similem in legibus sentiat disciplinam, æquū est, c. recolentes, extr. de statu monachorum.



776 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
NE CLERICI VEL MONACHI  
secularibus negotijs se immisceant.

*Titulus L.*

Continuatio.

Cum clerici et monachi psonalis immunitatis  
priuilegio gaudeant: in hunc finem, vt tanto libe-  
rius, quasi in sortem Dei electi, diuiniis vacare  
possint: Nō debēt ipfi se negotijs secularib' inge-  
rere, vt vel ministerij debiti negligētiā admittant,  
vel iacturam æternæ felicitatis faciant,

*Qua sunt Secularia Negotia?*

Multa & varia secularia negotia sunt. Quorū  
quædam ex Concilio Moguntino, quæ clericis  
monachisq; interdiciuntur, enarrantur: scilicet, ma-  
nera iniusta accipere, vel dare, pro aliquo secula-  
ri quæstu, pretio, aliquem conducere, conueni-  
nes, rixas, vel lites amare, in placitis secularibus  
disputare, excepta pia defensione, scilicet, orpha-  
norum aut viduarum, conductores secularium  
rum, aut procuratores esse turpis verbi, vel be-  
sti, esse ioculatorem, vel iocum secularem dilige-  
gere, aleas amare, ornamentum inconueniens  
proposito suo quærere, in delitijs viuere, gi-  
lam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel  
mensuras habere, negotium iniustum exercere,  
canes & aues sequi ad venandum, & omnibus  
cuiuslibet causis, illicitis & superfluis inter-  
se. De his & alijs hic non notatis inquit Apollin-  
lus: Nemo militans Deo implicet se negotijs se-  
cularibus, c. multa sunt, extr. eod.



*Qua pœna in Clericos & Monachos, qui se secularibus negotijs immiscet, statuta est?*

Pro varietate negotij, cui clericus, vel monachus incūbit, varia pœna Canonibus statuta est. Vnde clericus in sacris constitutus iudicium sanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur: vel Propositi secularis vel Vicecomitis officium gerens, si commonitus non desistat, excommunicatur, c. clericus, extr. eo. Et si religiosus sit: grauius punitur, c. sed nec, extr. eod. clerici, per beneficiorum subtractionem vt desistant à tabellionatus exercitio, compelluntur, c. sicut, extr. eo. si mercimonia exercent instar laicorum, si tertio moniti non desisterint, priuilegiū, de immunitate patrimoniorum clericis indultum amittunt, c. fin. ext. de vita & honest. cler. &, c. contin. in audientia, extr. de sent. excom. Religiosi professi audientes leges vel Phycicam, nisi intra duos menses ad claustrum redierint, sicuti excommunicati ab omnibus euitari, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiri, & in choro, & in mensa, & in Capitulo vltimi fratrum existere debent, c. nō magnopere, extr. eod. Quod si autem religiosi, ita moribus peruersis, vt corrigi non possint, dediti sint, vt incorrigibiles de monasterio expelli, & ipsum monasterium de fratribus alterius ordinis, si eiusdem ordinis deficiant, reformari poterit, c. relatum, extr. eod.

FINIS LIBRI TERTII.

Ccc 5

LIBER